GREGORII NYSSENI OPERA

AUXILIO ALIORUM VIRORUM DOCTORUM
EDENDA CURAVERUNT

WERNERUS JAEGER †
HERMANNUS LANGERBECK †
HENRICUS DÖRRIE

SUPPLEMENTUM



LEIDEN
E. J. BRILL
1972

AVCTORUM INCERTORUM

VULGO BASILII VEL GREGORII NYSSENI

SERMONES DE CREATIONE HOMINIS

SERMO DE PARADISO

EDIDIT

HADWIGA HÖRNER



LEIDEN
E. J. BRILL
1972

Gedruckt mit Unterstützung der Deutschen
Forschungsgemeinschaft

D 30 (AUCTA)

Benevole lector,

hoc volumine tibi incertorum auctorum offeruntur sermones quos Medii Aevi memoria vel Basilio vel Gregorio Nysseno attribuere solebat; certe illustrium Ecclesiae doctorum auctoritatem adpetiverunt qui hos sermones composuerunt, sed ipse iudica, benevole lector, an id assecuti sint quod sibi proposuerunt.

Nihilominus ne Gregorianae memoriae vestigia, licet sint oblivione fere obruta, neglegerentur, haec scripta quamvis spuria una cum Gregorii ipsius operibus esse edenda, separato vero volumine quod ceterorum numerum suppleret in publicum proferenda videbantur. quod consilium ante haec tria fere lustra concepit H. Langerbeck vir perenni admiratione dignus; iamque cum Hadwiga Hörner horum sermonum editionem feliciter ad umbilicum perduxerit, sententiam magistri venerabilis exsequimur. etenim a nobili hoc officio numquam recedemus ut Gregorii editionem talem effingamus qualem qui coeperunt eam in animo habuerunt.

Qua de causa honesto bibliopolae et iis qui Societati virorum doctorum in Germania studia promovenda curanti praesunt, ex imo corde gratias agimus quia benigna cum liberalitate huic supplemento ut prelo committeretur auxilium ferebant haud exiguum.

Dabam Monasterii Guestphalorum

Idibus Ianuariis a.d. MCMLXXII

Henricus Dörrie

PRAEFATIO AD SERMONES

DE CREATIONE HOMINIS

Sermones quos proponam nihil aliud mihi esse videntur nisi loci collectanei, quos Basilius in schedis pro Hexaemero suo praeparatis reliquit, alius quidam post eius mortem ad usum Ecclesiae celeriter conglutinavit. nam si materiam respicimus, copiam admiramur. collectae sunt variorum sententiae et patrum, velut Theophili atque Originis, et philosophorum, imprimis Stoici cuiusdam Posidonium secuti, et medicorum aliorumque, ut hominis egregius inter creaturas status laudaretur et deus per hoc summum opus cum cognoscendus tum venerandus patefieret. sin autem aedificium vel potius acervum inspicimus, quem ille homo ignotus construxit, conticet laudatio. hoc tantum nos retinet quin opusculum catenam appellemus, quod auctor locos diversos quos quidem ingenio suo neque penetrare neque in unum cogere potuit lemmatibus aut sententiolis inter se alligare studebat. cum in schedis nihil repperisset quo sermonum initia et fines exornaret neque multa ad alterius homiliae modum complendum, nunc opera Basilii adiit nunc materiam ipsam divisit modo eadem fere bis proposuit. nam Basilii homiliam in Hexaemeron nonam despoliavit ut primum sermonem exordiretur, quo magis genuinus haberetur ille liber, ex homilia In illud Attende aliquantum in finem alterius sermonis transtulit, epistulam 260 de septenario numero ad versum Gen. 2, 2 explicandum (p. 54 sqq) inspexisse videtur. materiam ad versum Gen. 1, 28 collectam dividens in priore sermone de incremento corporis egit, in altero quaestionem rursus movens animae progressum

tractavit (p. 21, 13 sqq et p. 46, 4 sqq). et repetivit versum Gen. 1, 26 eiusque interpretationem moralem in fine primi sermonis neque initium alterius multo differt ab eis quae iam in primo de hominis opificio singulari demonstrantur (p. 5 sq et p. 41 sq). praeterea auctor unum vel alterum locorum suo Marte introduxisse videtur imprimis in secundum sermonem. longum est plura hic discutere; ad apparatum fontium lectorem relego et ad St. Giet (op. infra p. CXXI cit.). apparatum ita instruere contendi ut unusquisque locus cognoscatur quid sibi velit, unde venerit, utrum ingenium stilumque Basilii vel Gregorii Nysseni peculiarem spiret annon, ubi sui similes habeat apud auctores saeculi V de libro Geneseos disserentes. multa excussi, plura reliqui. certe apud Gregorium Nazianzenum multa et similia inveniuntur, sed ea vix attigi.

Auctor noster ut erat ingenio mediocri ita stilo non admodum felici. formulas quidem artis oratoriae usitatas interdum inseruit, concinnitate membrorum partes nonnumquam exornavit, sed breves plerasque reddidit et male inter se cohaerentes, semper fere desiderantur orationis circuitus et elegantia elocutionis. fatigant auditorem et dictio et argumenta simili semper ratione disposita.

Quomodo fieri potuerit ut tale opus commendaretur audientibus qui Basilium Magnum vivum cognoverant, plane nescio. si ex indole sermonum recte concludimus collectorem materiae ipsum fuisse Basilium, sequitur quod nemo nisi aequalis familiarisque relicta mortui accipere potuit. at aequalem tali modo Basilio aemulantem grex fidelium repudiavisset, familiarem ne nomen magni magistri taceret, pudor suus prohibuisset. an Gregorius Nyssenus his verbis quibus indicat se ipsum Basilii opus complere velle οὐχ ὡς νοθεύοντες δι' ὑποβολῆς τὸν ἐκείνου πόνον (οὐδὲ γὰρ θέμις τὸ ὑψηλὸν ἐκεῖνο

καθυβρισθῆναι στόμα τοῖς ἡμετέροις ἐπιφημιζόμενον λόγοις) ... (PG 44, 125 C Mignei) auctorem nostrum aliosque discipulos temerarios impudentesque castigare voluit? sed fortasse non Caesariensibus auctor noster sermones praedicavit et tantum erat intervallum inter Basilii mortem et tempus orationis, ut Basilius nemini iam ante oculos versaretur. id profecto verisimilius videtur. sed quaeritur unde auctor schedas Basilianas nactus sit.

Meum non est quaestiones quaestionibus continuare sed rationem dare de codicum memoria textuque edendo. sed quoniam omnis mea recensio ad id spectat quod de indole sermonum sentio, hoc primum proponendum mihi fuisse putavi. nunc ad testes singulos recensendos secundum familiarum ordinem progrediar. deinde quae sint vestigia archetypi codicis investigabo. postremum fata textus typis expressi enarrabo.

De Testibus

De testibus textus integrioris

Tres formae textus praecipuae distingui possunt, una cruda et simplex, quam 𝔄 nominavi, ceterae duae recensitae, quibus sigla 𝔅 et ℭ dedi. ex 𝔄 derivatas esse et 𝔅 et ℭ recensio codicum demonstrabit. attendas quaeso ne ulla confusio ex ratione citandi oriatur siglis 𝔄𝔅ℭ in praefatione formas textus significari, quae e gravissimis testibus restitui possint, sed iisdem in apparatu critico nil indicari nisi consensus eorum codicum qui ibi nominatim enumerantur.

De forma 𝔄 inculta cui in textu constituendo quam potissimum adhaesi undecim codices praecipue testimonium dant, aetatis remotae plerique, qui in duas classes eo modo discedunt ut tres ab uno exemplari pendentes textum genuinum fidelius repraesentent, fons reli-

quorum interpolatione iam paululum turbatus videatur.


Ecce et nomina et stemma codicum

T	codex Matritensis gr. Bibl. Nat. 4848 (olim Reg. Bibl. CXXIII) in parte chartaceus	saec XV
X	codex Florentinus Laurentianus gr. plutei IV 18 membranaceus	saec XI
Y	codex Vaticanus gr. Pii II 25 membranaceus	saec XI
A	codex Januensis olim Missionis urbanae 17 nunc Bibl. Franzonianae membranaceus	saec IX-X
Δ	codex Florentinus Laurentianus gr. plutei LXXXVI 12 membranaceus	saec XI
Θ	codex Parisinus gr. 500 membranaceus	saec XI
Ch	codex Achridensis gr. Musei Nationalis 72 (67 Mošin) chartaceus	saec XIII
Mos	codex Mosquensis gr. Bibl. Synodalis 386 (134 Vladimir) chartaceus	saec XVI
P	codex Patmensis Monasterii S. Ioannis 27 membranaceus	anni 1079
S	codex Vaticanus gr. 1907 chartaceus	saec XII
D	codex Hierosolymitanus Monasterii S. Sabae 332 chartaceus	anni 1427

accedit 𝔑 qui est fons recentiorum

De prima classe codicum

Primam classem ex una codicum familia eaque, ut opinor, Sicula novimus. sicut fratres inter se coniuncti sunt libri X et Y, liber T quasi patruus ex eodem genere originem duxit. quamquam igitur T ad antiquissima memoriae vestigia accessit, tamen eum post X et Y



inducam, non quod aetate recentior est sed quod ab homine docto scriptus non facile recte aestimatur.

X Codex X, Laurentianus Mediceus, de quo vide catalogum in repertorio quod Marcellus Richard composuit Parisiis 1958 laudatum (= 349 R, p. 541 sq) minusculis litteris semper fere puris nitide scriptus pulchreque exornatus est. scriba diligens lacunas aliaque membranae vitia caute vitavit. quaecumque se in scribendo omississe sentiebat, aut in margine supplevit aut sub ultimam paginae lineam accurate adiunxit signis adhibitis. codex initio et in fine mutilus exhibet S. Basilii Homilias in Hexaemeron IX (fol 1-111), De creatione hominis sermonem primum sub titulo τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία δεκάτη (fol 111v-124), alterum hoc modo bipartitum: prima pars verbis τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία ἑνδεκάτη inscripta incipit fol 124v ὁ μὲν σοφὸς σολομῶν . . . desinit fol 128v τὴν τῆς σαρκὸς εὐπάθειαν (= p. 53, 2) peroratione addita. sequitur post ornamentum et novam inscriptionem quae legitur τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία δωδεκάτη: εἰς τὸ κατέπαυσεν ὁ θεὸς ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ τῆι ἡμέρα τῆι ἑβδόμη reliqua sermonis pars incipiens fol 129 λεγέτωσαν νῦν ἀρηθμητικοὶ (sic) (= p. 53, 4), desinens integra fol 136v. in fine huius folii bis legitur εἴληφε τέρμα δέλτος Ἐξαημέρου (sic). subsequuntur S. Gregorii Nysseni De hominis opificio liber (fol 137-219) et eiusdem Explicatio apologetica in Hexaemeron. cum pro certo habeam hanc Nysseni Apologiam ex codice Messanensi descriptam esse, illum librum dico, quem nunc mutilum una cum aliis fragmentis sub numeri nota 50 in bibliotheca Universitatis conservant, totum codicem Florentinum originis Siculae esse suspicor.

Manus altera eiusdem ut opinor aetatis et notas marginales adiecit et titulos ampliores. Bandinius ad titulum primum genuinum indicat: 'huic tamen alius diversa manu titulus est super additus nimirum τοῦ ἁγίου

πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου ὁμιλία περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου γενέσεως καὶ εἰς τὸ κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν.' haec inscriptio in folio 111v non iam legitur quod post aetatem Bandini sive omnino evanuit sive resecato margine amissa est (etenim librum cultro amputatum esse ex folio 119 apparet). sed novus titulus quem X² alteri sermoni praeposuit etiam nunc in margine superiore folii 124v extat: τοῦ ἁγίου βασιλείου ὁμιλία εἰς τὸν ἄνθρωπον. illum qui titulos suprascripsit exemplar codicis ante oculos habuisse ex eo probatur quod codices cognati T et Y similia tradiderunt. accedit quod titulum novum ad tertiam illam partem quae fol 129 incipit neque ego legi neque Bandinius ullum se legisse profitetur neque T praebet. ex eodem fonte quo titulos hausit X² notam quoque sumpsit quam in margine superiore folii 121v (ad p. 31, 6 sqq) adhibuit: περὶ τοῦ κατεικόνα καὶ τοῦ καθομοίωσιν. similiter enim Y qui nihil aliud in marginibus adnotare solebat praeter ση vel ὡρ vel θαυμ huic loco adscripsit τὸ κατεικόνα καὶ καθομοίωσιν. sed ceteras adnotationes unde X² sumpserit ut loca comprehenderet aut explicaret, nescimus. quarum graviores in apparatu critico laudavi, vide ad p. 15, 1; 33, 10-11; 37, 3-4; 55, 1 et 8, adde 14, 10 ad σητῶν scr σκωλήκων X². praeter X² alias manus vetustas distinguo quarum una p. 11, 2 supplevit, altera quam X³ nominavi et p. 22, 6 correxit et aliquot litteras madore vel aetate consumptas restituit. uterque corrector non suo ingenio lectiones veras debuit. in margine folii 134v, quod p. 67, 5-68, 13 continet, circiter 29 litterae ductu antiquo exaratae evanuerunt. nihil legere possum nisi κε εὐλόγω̣ς̣ο̣ἰ̣κεὶ ε̣ἰ̣ν̣α̣ι̣. tempore recentiore lector quidam notam ζητ ubicumque ei videbatur adscripsit, idem ad p. 68, 9-11 adnotavit ὅτι τὸ ὀπτικὸν σχιζόμενον ἧττον ὁρᾶ τὰ ἐγγύς.

Sed redeamus ad scribam codicis. is non multum pessumdedit. aliquando erravit ex. gr. 17, 11 τροφῇ:

μορφῆι X; 27, 4; 36, 5, permutavit 32, 17 δύναμιν: χάριν X fort ad versum 18 aberrans et 35, 11 ποιοῦσαν: διδοῦσαν X fort e versu 12 anticipans. raro aliquid omisit rarissime addidit. nonnulla sed certe non omnia exemplaris menda corrigere studebat velut 12, 4 ἡ σὰρξ: ἦσαν T (qui hoc verbum delevit et inscripsit ἦ) Y ἦ X; 36, 13 post θηρίων falso repetivit quae in lineis 10-11 antecedunt ἵνα σοι ὑπάρχει τὸ ἄρχειν καὶ ἀρχέτωσαν τῶν θηρίων (sic) Y repetivit ἵνα — ἄρχειν T verba iterata omisit X errore cognito. cf praeterea 8, 7; 16, 8; 25, 3; 33, 5. cum in his se praeberet sane prudentem, fortasse etiam recta conicere potuit velut 21, 15 τὰ ὕδατα; 22, 6 εἰς; 27, 2 ἐπιτηδεία, vide p. CXXXVI, CXXX, CXXXIV. sed dubium restat. pleraque enim eorum quae X melius quam codices cognati T et Y conservavit non ex suo ingenio sed e fonte quodam sumpsisse videtur. de quibus vide infra p. XIX.

Y Codex Vaticanus Pii II (cf 735 R, p. 152) binis columnis accurate scriptus sed misere conservatus est multis foliis evulsis reliquisque in parte superiore cum laceratis tum madore confectis. extant nunc folia 80 ternionibus plerumque colligata. libri tegumenta aetate Pii IX renovata sunt quo tempore numeratio quoque continua adhibita esse videtur qua folia amissa plane ignorantur. codex continet S. Basilii Homilias in Hex IX saepe mutilatas (fol 1-65v), sermonem De creatione hominis primum cum inscriptione τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν βασιλείου ἀρχιεπισκόπου καισαρείας καππαδοκίας. περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου γενέσεως· καὶ εἰς τὸ κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν, ὁμιλία δεκάτη inde ab initio usque ad p. 37, 3-4 (fol 66-74v) conservatum uno folio binionis post fol 68 amisso (p. 13, 3-16, 7). ex altero sermone nihil superest nisi ultima pars inde ab 67, 3 usque ad finem (fol 75-76v). quod omnis versus circiter 17 litteras et omnis columna 28 versus tenet, concludimus inter fol 74 et 75 ternionem totum et dodrantem i.e. folia decem excidisse,

cui rationi congruit quod folia et 75 et 76 nunc a reliquis soluta codici adhaerent. post sermones De creatione hominis in codice inest parva pars Gregorii Nysseni De hominis opificio libri, qui amissione quattuor foliorum mutilus incipit fol 77 . . . καὶ τῇ ποικίλ[η τῶν] δένδρων ὥρα (PG 44, 132 B 1 Mignei) et paulo post desinit fol 80v ποιήσωμεν γὰρ ἄνθρωπον κα[(ib 140 B 6). codex Y integer eadem ut videtur quae codex X complexus erat.

Textus mendis scatens scribam indoctum indicat. invenis ex. gr. 5, 6 ὅσῃ: ὡς εἰ ἡ; 8, 5 οὐ: οἱ; 23, 13 ἀλλ' αἱ μητρῶαι: ἀλλὰ μητρῷοι; 68, 8 πηγῶν: πηχῶν, praeterea saepe προσ pro προ in praefixis aliaque huiusmodi. paucos locos manus vetusta quam Y^2 nominavi sua sponte restituere conata est velut 24, 12 ἀπέλαβεν Y cum cett: ἀπέβαλεν Y^2; 26, 10 οὐκ εἶ: ἀκεῖ Y ἀρκεῖ Y^2. in Y multa verba omissa sunt quod scriba oculis ad verba similia aberravit cf 2, 5; 5, 3-5; 12, 3. 12-13; 24, 13-15; 28, 8-9. sed praeter menda etiam lectiones studiose variatae inveniuntur ex.gr. 3, 12; 11, 12; 71, 15. quas correcturas fortasse non rudis ille scriba sed prudentior quidam in exemplari fecit, idem 24, 1 rectius et 32, 7 elegantius reddere conatus est. Y recte contra T et X praebet 67, 7 et 70, 11.

T Codex Matritensis (cf 568 R, p. 500 sq) mihi non nisi ex imaginibus foliorum 111-134 notus est. itaque repetere licet quod I. Iriarte in catalogo docet: codicum vetusta esse membrana litteris prioribus erasis iterum exarata, non una scripturae forma nempe triplici vel quadruplici et saeculi XIV dimidiati, praeterea librum pluribus foliis deficientem a Constantino Lascari chartaceis initio 8 in medio 10 in fine 25 foliis suppletum esse. codex exhibet S. Basilii Homilias in Hex IX (fol 3-111) et sermones De creatione hominis primum titulo τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία ῑ περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου γενέσεως καὶ εἰς τὸ κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν instructum (fol 111-121),

secundum eodem modo quo in codice X bipartitum i.e. primam partem titulo τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία ια εἰς τὸν ἄνθρωπον ornatam (fol 121-124v) alteram inscriptione τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία ιβ εἰς τὸ κατέπαυσεν ὁ θεὸς ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ τῇ ζ ἡμέρα (fol 124v-134). ultima codicis pagina ni fallor vacua est. Lascaris se codicem sive totum sive ex parte Messinae comparavisse in calce fol 134 ipse indicavit haec verba subscribens Κωνσταντίνου τοῦ λασκάρεως ἐν μεσσήνῃ τῆς σικελίας κτηθέν. cum nonulla ex opere Basilii in eo desideraret, initio (fol 2v) cinnabari adnotavit ὀλίγον λείπει nec non titulum adiunxit ἑξαήμερος τοῦ μεγάλου βασιλείου. postea autem quam in alio exemplari non solum Basilii Homilias in Hex integras sed etiam sermones De creatione hominis tamquam reliquam Basilii operis partem repperit, eos una cum ceteris quae desideraverat quam celerrime descripsit libroque suo adiecit et in fol 2v prioribus adnotationibus atramento subscripsit ὁμιλίαι ιβ τοῦ θείου βασιλείου.

Exemplar quod Lascaris nactus est non solum in titulis sed omni fere in textus parte cum X et Y consensisse manifestum est. fuit aetatis remotae minusculis litteris vetustiore ductu exaratum, quod ex ipsis Lascaris mendis elucet. vide litteram iotae adscriptam vel alias litteras confusas, vide scripturam continuam male resolutam, ex.gr. 3, 7 ἑκάστῳ: ἑκάστων T; 13, 3 ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ: ἡμέραι καὶ ἡμέραι T; 39, 5, et 28, 4 δὶς: διὰ T; ib 6 ἀργολογία Y ἀργολογίαν T, et 3, 9 τί ἐσμεν: τίνες μὲν T; 7, 12; 32, 12 δι' αὐτῶν Χριστὸν: διὰ τὸν χριστὸν T (sed cf X). vir doctus munus scribendi nimia celeritate absolvit. saepe id verbum quod scripsit depravavit cum verba vicina in mente aut in auribus haberet velut 16, 2 ἡμῖν: ἡμῶν T, sequitur τῶν; 17, 5 ἕτερον: ἕτερος T, sequitur πέρας; 22, 3; 31, 7; 33, 7; 35, 1; 37, 10; 39, 5.8.9 (quod Y interdum deest, nil moror, dummodo errores unius eiusdemque sint generis). saepe omisit verba minutiora velut 6, 7 ὡς; 7, 12 καὶ; 18, 2; 22, 1; 25, 2.8; 26, 9 aut membra cum alia tum similiter cadentia cf 25, 3; 28, 2; 32, 4, et ubi Y deficit 14, 2.6-7; 16, 4-5 al. (consulto eum 11, 2 ἄλλο ἐν πλησμονῇ et 17, 7 ἐπὶ et 32, 11 χρηστότητα neglexisse arbitror.) sed quantum in scribendo festinaverit facillime ex eis erroribus intelliges quos ipse correxit cf 9, 7 ἐννοίαις ex ἐπινοίαις corr; 11, 11 post ῥευστὴ scr φύσις sed delev; 22, 1 vid app; 24, 4 τοσοῦτος ex τόσος corr; 30, 5 pro ὁμοιώσεως scr ὁμοιότητος sed ωσεως in compend sscr; et cf 41, 1.2.10. hoc modo is scribit qui et suo arbitrio primo confisus et tempore ad diligentius verba cognoscenda egens ea quae in textu sequantur ratiocinatur. sed diligentiam Lascari non afuisse ex correcturis didicisti. sunt autem lectiones ubi difficile est discernere utrum scriba et doctus et neglegens ipse variaverit an recurrerit ad exemplar. pro erroribus habeo ex.gr. 17, 12 ἀλύοντα XYS: ἀλλοιοῦντα T cum cett; 20, 12 καταστοχάζονται: στοχάζονται T; 42, 9 ὑπερτέταται: ὑπερτέτακται T (sed cf ὑπερτέτατται Mos). non multo his meliora sunt 25, 1-2 περιθεμελιοῦν τὰ ὑψωθέντα: περιθεμέλιον ὑψ. T, et 6, 8; 20, 8; 23, 13; 26, 8; 34, 6. prudentius Lascaris coniecit ex. gr. 17, 9 ἡ: εἶδος falso XY ἡ (ex ει corr) T; 21, 10 εἴ τι recte T et Δ² 𝔑: ἔτι XY al, vid p. CXXXIII. haud inepte verborum ordinem mutavit 8, 15; 14, 3; 20, 3-4; 26, 12; 28, 5; 35, 8; 37, 6 (et S); 39. 16. articulos vel particulas ipse adiecit, pauca quidem. sed ubi graviora attulit, fontem inspexisse videtur.

Ex mutua inter codices T X Y ratione et cognatio et indoles clarius cognoscuntur. extat consensus proprius codicum X et Y non solum in erroribus velut 3, 4; 6, 8; 7, 4 πατρὶ ἁγίῳ vid app; 11, 12; 18, 8; 26, 14?; et 33, 11 et 71, 4 (ex script contin male soluta), sed etiam in lectionibus variis ex.gr. 3, 7 ἐπεὶ: ἐπειδὴ XY; 7, 10 παρεισήχθη: ἀντεισήχθη XY; 11, 3 ἄλλο pr: ἕτερον XY

(scil post verba ἄλλο ἐν ἐνδείᾳ omissa coniectum); 23, 1; 27, 3 βόσκημα: νομὴν XY; 35, 5 et 8; 71, 3. praeterea utrique libro post 33, 3 ἄξιος γένῃ hoc additamentum inest τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας καί, cui simile aliud 59, 8 in X legitur, τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ ante ἐπιδημίαν. formulae fortasse ad usum liturgicum insertae. Lascaris ut erat doctus errores facile corrigere sed cetera ex suo sumere non potuit. itaque eum integrius exemplar invenisse puto. quod confirmatur et 10, 13, ubi T (et S) recte conservavit καὶ ἄλλο ἐν γήρᾳ et praecipue 18, 15. de leone narratur 'cuius vel oculus ipse ferri non potest fremitusque terram tremefacit'. et sequuntur in codicibus ὥτινι ἐστὶν οὕτω φορητὸν ὥστε ὁρμὴν αὐτοῦ ὑπομεῖναι οὐδὲν τῶν ζῴων τοσαύτῃ πέποιθε δυνάμεως περιουσίᾳ ὥστε στῆναι ὁρμὴν λέοντος ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνον ὁρᾷς ἐν μικρῷ ζωγρῷ κατακεκλεισμένον . . . (de var lect vid app). sententia initio corrupta est, sed recte post ὄμμα et βρυγμός commemoratur ὁρμή leonis cui impetui nemo resistere posset. cetera ex loco simili de ave intellegimus. 20, 2 πέποιθε γὰρ κουφότητι τοῦ πτεροῦ. ἀλλ' ὅμως ἔστιν ἰδεῖν παῖδα ἀδολέσχην· idem enim est argumentum Stoicorum ad vim rationis humanae demonstrandam prolatum. verba igitur τοσαύτῃ πέποιθε δυνάμεως περιουσίᾳ ad leonem pertinent non ad οὐδὲν τῶν ζῴων (vid app) quibus ille coniunxit, qui ὥστε στῆναι ὁρμὴν λέοντος inseruit. sensum verum solus Lascaris praebet qui scribit ὥστε πάντων τῶν θηρίων καταφρονεῖν. initium huius sententiae depravatum non tetigit neque reliquas corruptelas tam subtiliter emendavit. quo magis mihi persuasum est hanc veram lectionem ei in exemplari occurrisse. unde variam quoque lectionem 38, 1 τρίζων pro πρίων (cum Θ cf MLK) accepisse videtur.

Ratione inter codices XY et T cognita nihil obstat quin eorum fonti communi tribuamus quae sive TX sive TY communicant. nam consensus TY ubi codici X ceterisque contrarius est non ex proprio quodam genere nascitur sed eo efficitur quod X ad aliorum societatem se applicat exemplari suo ut opinor edoctus. cf imprimis 10, 3 et 29, 7, praeterea 4, 2; 9, 7; 10, 13; 11, 3; 12, 5-6; 16, 16; 22, 7.10; 23, 7; 25, 14; 29, 7; 36, 1. fortasse eodem exemplari nisus X etiam lectiones 10, 2; 21, 14; 35, 6; 36, 8 aliasque recte restituit, quas TY una cum aliis pessumdederunt. vide infra p. CXXXVI.

Sed pluribus liceat exemplar huius familiae TXY explicare. errores vel stili vel mentis sunt: 7, 10 ἀφειδεὶς ἂν: ἀφειδίαν TX ἀφιδεῖαν Y; ib 11-12 ἐπισωρεύοντες: ἐπιπνεύοντες X ἐπιπνέοντες TY; 8, 13; 9, 5; 11, 7 de fonte non liquet; 12, 4 ἡ σάρξ: ἦσαν TY ἢ X et T ex corr; 17, 5 πέρας: μέρος TXY; ib 9; ib 11; 18, 5 οὕτω: τούτω TXY; 23, 14-15 ἐπιτηδειότητας: ἰδιότητας TXY; 24, 1; 26, 11 ἀπορριπτόμενον: σῶον ῥιπτόμενον vel sim TXY; 33, 4 εὐαγγελίων: ἀγγέλων TXY; 67, 7 τοῦ τέλους recte Y: τοῦ εὐτελοῦς T τοῦ ἐντελοῦς X; 68, 11 de fonte non liquet; 69, 9 ἀραιότερος: ἀνώτερος TXY; 70, 11. 13; 71, 4.15. adde locos ubi Y deficit: 39, 4; 45, 1.10; 53, 6-7; 54, 2; 57, 2.13; 58, 3; 59, 16; 60, 16; 61, 16; 62, 1; 63, 7.8; 64, 4; 66, 7; 70, 10. de ceteris vide supra passim et infra p. XXVI sq et descriptionem archetypi p. CXXVII sqq. his mendis exemplar bene cognoscitur. fuit codex litteris minusculis exaratus codicibus X et Y et exemplari T non multo antiquior. nam ipsum ex libro minusculis litteris scripto provenisse manifestum est. confer litteras π scil ϖ et ω, ν scil μ et ρ confusas, confer quam male scriptura continua resoluta sit. (his locis clare demonstratur vestigia scripturae continuae nihil valere ad vetustatem exemplarium probandam nisi alia indicia accedunt.) scriba contextum verborum omnino non comprehendere potuit. cum magno mendorum numero congruit quod permulta verba omissa sunt cum singula tum complura et similiter saepe cadentia, quae omnia

enumerare supersedeo. ex 5, 11; 9, 5; 14, 5; 23, 10-12; 28, 10; 51, 8; 56, 1 suspicari possis unam exemplaris lineam 16 vel 17 litteras tenuisse. cum alibi alius litterarum numerus inveniatur, concludimus textum huius stirpis neglegentia scribarum iam diu laboravisse. ceterum, id quod speravimus, perpauca sunt variata. cf 15, 11 μέγα φρονεῖς: μεγαλοφρονεῖς TXY cf 63, 8 et 10; 16, 8 οἴκου: οἰκίου X οἰκείου TY; 20, 4 ὑποβάλλοντα: ἐπιβάλλοντα TXY; 27, 17 ἀδολεσχία: ἀδολεσχεῖ TXY (-σχεῖν) et cetera huiusmodi velut 39, 16; 42, 13-14; 44, 9; 51, 8; 53, 10; 59, 9.16; 60, 13-14; 64, 4. an eas lectiones corruptas appellare malis quam variatas? ipse diiudica. sed attentius quaeso examines has, quae utrum reiciendae sint an accipiendae equidem nunc quoque dubito: 7, 5 κοινὸς om TXY; 10, 6 post οἷον add ἐστι TXY; ib 12 γηρᾷ ἀλλοιοῦται om TXY; 12, 11 add ὁ ante ἄνθρωπος TX; 13, 5-6 ἔσω τοίνυν ἔχομεν ἄνθρωπον om TX; 15, 15 ἔχει pr om TX; 20, 2.14; 22, 12; 25, 4-5; 33, 11-12; 37, 10; 43, 15; 46, 2; 52, 7 et 10; 53, 4; 55, 2; 58, 7.13; 65, 11; 66, 2.11. manifeste interpolata sunt: 46, 11 post κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον add μᾶλλον δὲ λόγον TX; 59, 12 ante πεπεδημένοι add βεβαρημένοι καὶ TX; 72, 14 ἀποδῶμεν vel sim: ἀποπληρώσωμεν (post χρέος coll) TXY quo verbo initium primi sermonis revocatur. eodem refero 27, 2 post βελτίων add ἡ δὲ πρός τι ὂν TXY (οὖν), ubi ratio addendi corruptione obscuratur. confer praeterea 38, 14 οὕτως πτηνὸν ἄστατον ἀστηρίκτῳ τῇ φύσει: οὕτω πτηνῶν ἀστάτων ἐφάμιλλος ἀστηρίκτων τῇ φύσει TX, scil locum itacismo corruptum aliquis restituere conatus est; 47, 9-10 conceptu virtutis in textum inculcato locus disturbatus est; 64, 4-5 verba οἱ παραπέμποντες primum omissa deinde mutata alium in locum inserta sunt.

His fere mendis lectionibusque exemplar codicum affectum erat. apparet igitur primae classis memoriam

ex quo tempore libri nova scriptura transformari sunt coepti maximum detrimentum accepisse, alia autem menda et illa verba interpolata fortasse iam antea in textum irrepsisse. neque ordinem sermonum tripertitum de quo tituli in T et X conservati testimonium dant, qui huius stirpis est proprius, in extremum traditionis tempus referendum puto.

Sed de prima classe satis multa: nunc ad alteram investigendam progredimur.

De fonte alterius classis

Priusquam testes integrioris textus describere pergam, fontem eius classis unde omnes codices praeter TXY dependent exponere velim. extat enim consensus codicum AWΔΘChMosPSD cum testibus recensionis ℜ = ΨHgJNGMLK et recensionis ℭ = ΛFΠ et recensionis 𝔅 = ΩΞΦUΓξ(Vat 1912)d nec non cum libris generis mixti (= mix) QfhBucO. quorum lectiones communes enumerans compendio 'cett' omnes huius classis codices, qui non a consensu declinant, subsumo. testes autem recensionis ℭ quamquam ex ℜ originem ducunt plerumque neglexi ne ambagibus eorum spatium consumam. lectiones fontis quae quidem erui possunt crassioribus typis exprimendas curavi.

In fonte alterius classis haec corrupta videntur:

3, 7 ἑκάστω X (-ωι) Y ἑκάστων T: **ἕκαστον** cett (ἕνα ἕκαστον 𝔅 vid app ἕνεκα ἕκαστον ξ) locus difficilis diiudicatu quoniam de verbo καθορᾶσθαι dubitatur

17, 15 καταδαπανηθέν TXY δαπανηθέν BucO: **καταπονηθέν** cett (-θέντα W)

24, 8-9 τὰ μέλη χαυνότερα XT (-τέρων) corrupt Y: **τῶν ἰσχυροτέρων** cett (vid app, supra 7 ἀραιοτέρα scr χαινοτέρα sic H, MLK = S, τῶν ante ἐφηλίκων et τὸ post μὲν om W τῶν ἐφηλίκων om et pro μὲν scr μέντοι D, ξfQhBucO = $\mathfrak{B}^1$ sed τῶν ante ἰσχ. om hBucO, ἀφηλίκων fQ ἐφηλίκων hBucO)

25, 12 ἡμῖν τὸ κατακυρίευμα τῆς γῆς ἔδωκε TXY: **ἡμῖν κατὰ τὸ κυρίευμα τ. γ. ἔ.** ΔChMosΨHJNG ἣν ἡμῖν κατὰ τὸ κυρίευμα τ.γ.ἔ. AWΘPSDgMLK τὸ κυριεύειν τῆς γῆς ἔδωκε ἡμῖν 𝔅 (vid app), ξfQh=Γd τοῦ κυριεύειν τὴν γῆν δέδωκε ἡμῖν BucO
35, 3 vide menda archetypi p. cxxx enumerata
39, 6 τῶν ἔνδον εὐταξίαν TX et P: τὸν ἔνδον εὐτ. Ch τὴν ἔνθον εὐτ. cett (τὴν ἔξω εὐτ. Θ τὰ ἔνδον εὐταξία SD𝔑𝔈) de fonte non liquet
51, 2 πάντα TX et ΘMosS𝔑𝔈mix: **πάντας** cett (πάντες WD)
62, 8 ἐπὶ ἐπιθυμίας TX ἐπ' ἐπιθυμίας N (ut vid, sscr iterum ἐπὶ m²) ἐπὶ ἐπιθυμίαν D: **ἐπιθυμίας** A (ς eras) ΔCh ἐπιθυμία P ἐν ἐπιθυμία SMLK δι' ἐπιθυμίας HgJG πρὸς ἐπιθυμίαν τινὰ 𝔅¹ξmix εἰς ἐπιθυμίαν WMos, ὅταν — τρέχῃς: ὅταν ἐπιθυμία ἐνοχλῇ Θ. quid 𝔅¹ in exemplari suo legerit incertum
63, 11 vid app. **τὰς** ante κώμας habent TX: **om** cett
65, 7 ἢ τὰ ἄλλα ὅσα T (τἄλλα) X: **εἶτα ἄλλο ὅσον** cett (εἶτα: εἴτε ΔCh (εἶτε) S εἴτ' NK εἴ τι W ἤτ' G ἢ τὸ g² ἤ τι DML 𝔅¹ξmix, ἄλλο: ἀλλ' g, ὅσον: ὃ S, de Θ vid p. XL)
68, 4 **οἱ** ante ὀφθαλμοὶ habent TX et DgΓξd mix (deest Q): **om** cett (καὶ — δίδυμοι: δίδυμοι βολαὶ τῶν ὀφθαλμῶν Mos, MLK=S)

variata sunt:

3, 5 καὶ post οὕτω(ς) habent TXY et AWChMosmix ΞΦ: om cett. de fonte non liquet
13, 4 κεκρυμμένον TX: **ὑποκεκρυμμένον** cett (ὑποκεκρυμμένον ἐν 𝔅f ὑποκρυπτόμενον H)
19, 14 τῷ βυθῷ TXY et WBucO: **βυθῷ** cett (om multa Γξd)
21, 4 θεοῦ TXY et N: **τοῦ θεοῦ** cett
23, 9 ᾠκονόμηται TXY et Ω (οἰκονόμηται): οἰκονομεῖται cett. de fonte non liquet
27, 15 τῇ κτίσει TX de Y non liquet: **ἐν τῇ κτίσει** cett
28, 4 τὸ αὐτὸ (alt) TXY: **τὰ αὐτὰ** cett
31, 8 εἶδες TXY et PS𝔑ΓξdfQ ἴδες ΞΦ: **ἴδε** cett scil ex errore var lect ortam
34, 1-2 τὸν σωτήριον λόγον TXY et 𝔅¹ξfQ: **τῶν σωτηρίων λόγων** cett
35, 9 πρὸς εὐποιΐαν TX (-ΐαις) Y: **περὶ εὐποιΐας** cett
10 **καὶ** ante ἄνευ habent TXY: **om** cett (om multa d)
38, 9 μήτε TX et ChMosPSD: μηδὲ cett (8 ξmix=𝔅). de fonte non liquet
48, 3 γενόμενοι TX et AΘChMoshBucO (sed alt ν sscr) PDJ: **γεννώμενοι** cett (K ex corr, ἀναγεννώμενοι 𝔅¹ξfQΘ²) scil ex errore var lect ortam. de fonte non liquet

3 **καὶ** ante πληρώσατε habent TX: **om** cett
49, 8 μὴν TX et ΘSDML: μὴν νῦν ΓξQ et fort U (vid app) μὴ νῦν d μὴν τοινῦν A (vid app) **μὴν τοίνυν** cett
55, 11 κόσμου TX et GΓξQhBucO νόμου d: **εἰς κόσμον** cett (εἰς τὸν κόσμον H)
57, 5 οὗ γὰρ TX: **ὅπου** cett
61, 9 ποιῇς εἴτε recte ChMos𝔑 ποιήσῃς εἴτε TX: ποιήσηται A ποιήσῃ τε Δ ποιήσῃς WPSD ποιῇς Θ𝔅¹ξmix. in fonte verbum εἴτε non bene conservatum videtur
62, 17 **ὅτι** ante ἔπλασεν habent TX: **om** cett
64, 9 γενομένοις TX: **γινομένοις** cett
66, 3 ταῦτα πάντα TX et 𝔑 et ΓξdhBucO: πάντα ταῦτα cett. de fonte non liquet
68, 11-12 τὸ ὁρατικὸν τοῦτο TXY et Δ: **τοῦτο τὸ ὁρατικὸν** cett

quas lectiones cur reiecerim vix possum dicere nisi quod paululum oleant lucernam. multo magis textum huius classis retractatum esse sentias si primae classis lectiones quas in medio reliqui (vide supra p. 00000 inf) veras esse diiudices. sed evidenter corrector quidam his tribus locis apparet:

24, 3-4 post δὶς τοσοῦτος ἔσται nihil add TXY et Θ (τοσοῦτον) Dmix (τοσοῦτον): **add ἢ πάλιν τοσοῦτος** cett (ἢ π. τοσοῦτον HJ ἢ π. τοσοῦτος ἔσται N; non add ἢ π.τ. sed scr δὶς (ἢ δὶς Γξd) τοσοῦτον ἄλλο ἔσται 𝔅ξ)
54, 3 post τῷ ἐκ τῆς τοῦ κόσμου εἶναι σοφίας nihil add TX vid app, hBucO (τῷ: τὸ): **add ἢ διὰ τὸ ἐκ τῆς τοῦ κόσμου εἶναι σοφίας** D ἢ διὰ τὸ τῆς τοῦ κόσμου σοφίας Θ (vid p .XXXIX) ἢ διὰ τὸ τὴν ἐκ τοῦ κόσμου σοφίαν cett (ἢ: οἱ Mos, τὸ om H, vid app de P et S (= MLK) et de 𝔅¹ qui variam pro genuinam lectionem in textum recepit, ξfQ=𝔅¹, 54, 3 εἶναι σοφίας μικρά: σοφίας εἶναι ἢ διὰ τὴν ἐκ τοῦ κόσμου μικρὰν W) D ex coniectura genuinam additamenti formam restituisse puto
62, 8 post ὅταν ἐπ' ἐπιθυμίας τρέχῃς (vid supra de huius loci corruptela) nihil add TX et WΘNG **add διὰ τῆς γῆς τρέχεις** cett (διὰ τῆς οὗ τρέχεις H κατὰ τῆς γῆς τρέχεις ML τὰ τῆς γῆς τρέχεις K, τρέχεις: τρέχῃς J τρέχεις καὶ Mos βαδίζεις 𝔅¹(-ζῃς Γ) mix (pro 8 τρέχῃς scr βαδίζῃς et pro β. scr τρέχεις O))
de 38, 13-14 dubito. scil post μὴ δόξαζε σεαυτὸν nihil add TX et Θ add μηδὲ μέγα τι εἶναι νόμιζε σεαυτόν cett (de 𝔅=ξfQ vid app, εἶναι om gJ τι εἶναι om H). quae verba in textum

admisi ut tria membra sicut alibi ita hic quoque efficiantur.

De testibus integrioribus alterius classis

Octo illi testes AΔΘChMosPSD et fons 𝔑 iam supra p. x laudati, qui praeter codices primae classis TXY genuinam textus formam conservaverunt, multas lectiones communicant, quibus apparet exemplar huius stirpis mutatione cum fortuita tum excogitata similiter fere ac fontem totius classis affectum esse. cum quid errore quid studio sit effectum haud facile discernatur, lectiones huius fontis non in genera divisas sed omnes ex ordine paginarum hic proponam. codici A asseclam W adiungo. compendio 'codd' igitur consensum AWΔΘChMosPSD et 𝔑 indicabo, libros generis mixti ubicumque ad hunc fontem recurrunt separatim laudabo, ubi cum 𝔅[1] faciunt praeteribo. cetera perinde ac supra p. XXI sqq instituam.

2, 5 καὶ πτηνῶν καὶ κτηνῶν (recte W): **καὶ κτηνῶν καὶ πτηνῶν** cett (καὶ κτηνῶν om MosO, g colloc sicut ΩΞΦ) QfhBuc

3, 10 **οἱ om** codd QhBucO (praeter Θ qui scr διακείμενοι sicut 𝔅f)

4, 3 ἡμῶν (recte WM): **ἡμῖν** cett (ἔνδοθεν: ἔνδον D) mix

5, 2 **ἀκριβῶς ἑαυτὸν coll** codd QhBuc

6, 2 **add ὁ** ante οὐρανὸς codd (om multa W pauca Θ) fhO et Γd

14 τῷ ante θεῷ om codd (spat relict in Ch) mix. utrum 𝔅 articulum legerit dubium est

16 ποιήσω (recte MLK scil ex 𝔈): **ποίησον** cett QhBucO

12, 7 ἀνθρώπου: **ἡ ἀνθρωπίνη** codd QhBucO

16, 6 σεαυτὸν (post ἔγνως) (recte ChMosfhBucOSDΨgJMLK): ἑαυτὸν AWΔPQ et Γd ἑαυτοῦ HNG, de Θ vid p. XXXVI. fort ἑαυτὸν in fonte

17, 9 ἐφ' (recte WMosPSΨHGMLK): ἀφ' cett (corr A ?) hBucO. fort ἀφ' in fonte

19, 3 ἀραιότητι (recte MosQfhSDgGMLK): **ἀρύτητι** ΔChΨHJN et Ω βαρύτητι AWΘ ἄρστητι P ἀρεότητι BucO

15 προκαταλαμβάνει: **προκαταλαμβάνεται** codd Q

20, 4 ὑποβαλόντα (recte WΘ): **ὑποβάλλοντα** cett fhBucO et Ω

13 θηρᾶται τὰ (recte Mos et M, uterque ex θηρᾶ τὰ corr, WΘ[2]): **θηρᾶ τὰ** cett (cf X, θηρᾶν τὰ S)

24, 5 **add μέχρι(ς)** ante ὅρου scil ut glossam aptius coniungerent codd (de H vid app). mix om =Γd

12 τῇ ante τρίτῃ (habent recte ΔΘSDgMLK): om cett cum fonte, ut vid

25, 2 vide ad menda archetypi. περιτιθέμεναι AΔChMos cum fonte, ut vid

5 **τῆς** post πάσης **om** codd

30, 4 θεῷ pr (recte Mos (ω ex corr) hBucOPgML): **θεοῦ** cett

35, 1 **καὶ om** consulto quidem codd (praeter Θ) hBucO

3 vid ad app et menda archetypi, scil post διὰ τί **add δὲ** codd

36, 7 θεῷ (recte WMosS𝔑 praeter g): **θεοῦ** cett (et g) hBucO

8-9 **φιλάλληλος καὶ φιλάδελφος coll** codd hBucO. fortasse φιλάλληλος varia lectio est quam TXY post genuinam admiserunt, 𝔅=Qf sensit atque repudiavit, codd aptius indere voluerunt

11 καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων. ἐδόθη σοι τὸ ἄρχειν om AWΔΘPSD habet 𝔑 (τὸ om) habuit exemplar ChMos (quorum uterque om 11-12 ἐδόθη — ἰχθύων, eadem om hBucO). ex verbis homoeoteleuto perditis vix aliquid de fonte colligi potest

37, 6 ὕβριν (recte PSDNGMLK): **ὕβρεις** cett h et Ω

39, 9 ἄκοσμα τὰ (recte WPSNGMLK): ἀκούσματα AΔChMosJg (sed corr) ἀκόσματα Θ (supr τα scr acc Θ[2]) ἀκόσμητα D ἀκόσμ . τα H. fort ἀκούσματα in fonte

14 **πεποιηκώς τι coll** codd (praeter Δ) h, ut clausula efficeretur

15 **ταῦτα** (post κύριος collocatum habent PSD et ML): **om** cett (sed pro γραφῆναι scr τὴν συγγραφὴν ταύτην ἀναπληρωθῆναι G)

43, 6 τόδε καὶ τόδε (recte WΔΘMosOSg): τῶδε καὶ τῶδε cett (τῇδε ἢ τῇδε MLK (ex corr)) QfhBuc. fort in fonte

45, 10 δι' ἁμαρτίας (recte WΘD) διὰ ἁμαρτίας ASMLK: διαμαντείας ΔChMosP διὰ μαντείας hBucOHgJGN. de fonte dubito

49, 4 καὶ τί σοί ἐστι (recte P (ἐστιν) S et M (om ἐστι) LK: **καὶ τίς οἷόν ἐστι(ν)** cett (τι W τί HgG (οἷον τί coll G in ras scr g) post ἐστι add δὲ J. 4-5 καὶ — μυστ.: καὶ τι οἷον ἔστιν λανθάνον ἐν τῷ παρακειμένῳ μυστήριον Mos καὶ τί ἐστι τὸ ἐν τῷ λανθάνοντι παρακείμενον μυστήριον D om Θ) utrum 𝔅[1]=mix hanc corruptelam legerit incertum est

8 vid supra p. XXIII ad fontem totius classis. νῦν in **τοίνυν** depravav codd hBucO (Qf=Γ)

53, 5 τούτων (recte WΘSMLQfO): **τούτου** cett hBuc

16 **τινὰ ἐμπειρίαν coll** codd hBucO
54, 4-5 ἀποσεμνύνεσθαι vid app: **ἐπισεμνύνεσθαι** codd (-σθε ML -ονται Θ vid p. XXXIX)
56, 19 παρὰ πέτρου: **παρὰ πέτρῳ** codd
57, 2 κατάκρισις τοῦ λάμεχ (recte Θ sed add ἡ ante κατάκρ.): **κατάκρισις τῷ λάμεχ** cett (1-2 ὡς — ἑπτὰ om WDJK om Ch sed in marg adscr et post 3 χάρισμα textui inserere vol, om g sed in marg adscr g'. 2 κατάκρισις — ὅσον om H)
58, 8 **πάντων om** codd praeter Θ
59, 7 νεκροῦται: **νενέκρωται** codd
60, 2 **βαλαντίου** codd praeter ΔS
61, 1 μὴ φρόνει: **τί φρονεῖς** codd
3 σοι (recte ChMosD): **σε** cett (καὶ Θ)
10 σεαυτοῦ (post τῆς! recte ΘPSMLK): ἑαυτοῦ cett (om Δ) et ΓdQhBucO. in fonte ut vid
62, 5 ἔχω: **ἔχων** codd
6 **add τῆς** ante γῆς ΑΔΘChMosPSJ
63, 14 καθεζόμενον (recte ΘSDNGMLK): **καθεζομένους** AWΔChMosPHgJ
64, 3 ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς (recte D) ἐπὶ τὴν ἀγορὰν WS: **περὶ τὴν ἀγορὰν** ΑΔΘPℜ κατὰ τὴν ἀγορὰν ChMos (κατὰ in ras scr!)
66, 12 ἐγενήθη (recte WΔΘChℜ): ἐγεννήθη AMosPSD scil ex errore var lect ortam. de fonte non liquet
68, 7 προερχόμενον (post ἑνὸς) (recte ΘMosPDℜ): **προερχομένου** AWΔChP cf Y et Φ. fort corruptela non stirpis sed totius classis.
69, 10 **παράδοσιν** vid infr p. CXXXIII
11 post διαύγειαν add **ἑκάτερα** codd (vid p. CXXXV sq)
71, 1 προβεβλημένη (recte ChMosSMLK): **προβλεπομένη** cett (βλεπομένη WP) cf T
10 ἱδρῶτα (recte WΘHgML): **ἱδρώτων** cett (om τῶν pr PS)
72, 8 ἐπιτελοίη recte (WΘSHGMLK): ἐπιτελοῖεν cett (ἐπιτελῇ Mos) fort in fonte

ex hoc indice eos locos seclusi, ubi singuli codices sive primae classis sive recensionis 𝔅 cum hac stirpe conspirant. de quibus vide infra p. CXXXVI. sed liceat hic subiungere veras lectiones ab hac stirpe sola bene conservatas.

10, 2 ἐστιν alt (vid app) recte AWΔΘChMosQhBucOPSDℜ (ἔστιν WQhBucOD): ἔτι TXY et 𝔅f
19, 4 αὐτὸ recte AW (ἀποπνίξῃ) ΔΘChMosmixℜ (exc J): αὐτὸν TXYΩΞΓd ἑαυτὸν PSDΦ αὐτῷ J

38, 10 ἄτοπος εἶ recte AW (εἰ) ΔChMoshBucPSDℜ de Θ vid p. XXXVIII et vid app ἄτοπος οὖν ὑπάρχεις O
39, 16 γλῶσσαν recte AWΘChMosQhBucOPSD (γλῶτταν) ℜ om Δ
40, 2 τοῖς ὀλίγοις recte AWΔΘChMosQhBucOPSDℜ, fort τοῖς λόγοις var lect in archetypo
63, 7 τοῦ ἐξουδενοῦν recte AWΔΘChD ἢ τοῦ ἐξουδενοῦν Mos
71, 4 τὸ ἐπὶ τὸ ἄνω recte AWΔ^aΘChMosPSℜ (τὸ ἐπὶ τὰ ἄνω LK)

De fonte huius stirpis hactenus. ex eo tres vel quattuor familiae originem ducunt. nam certa propinquitate inter se coniuncti sunt hic ChMos alterque fons generis mixti illic PSD denique testes editionis ℜ in quibus stupenda progenies ℭ, sed restant A (quocum facit W) et Δ et Θ quos nescio utrum filios unius patris appellem an unumquemque ab ipso stirpis fonte deducam. ab his incipiamus.

De codicibus AWΔΘ

A Codex Januensis (cf 364 R, p. 13 sq) saeculi IX exeuntis vel X ineuntis binis columnis litterisque minusculis pulcherrime exaratus est. librum pretiosum scripturae codici Clarkiano 39 (cf Gardthausen, tab 5) anni 895 simillimae e schola Constantinopolitana ortum esse A. Ehrhardt docet. verba κύριε εὐλόγησον similiaque initiis aut finibus tractatuum ad usum liturgicum adiecta sunt. liber continet S. Basilii Homilias in Hex IX (fol 1-128v), sermones De creatione hominis, primum (fol 129-144) sub titulo τοῦ ἁγίου βασιλείου περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου γενέσεως λόγος α̅· τί (τί corrector in rasuram scripsit) τὸ κατ' εἰκόνα, alterum (fol 144v-158v) hoc modo inscriptum τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν ἄνθρωπον, λογος β̅, S. Gregorii Nysseni Explicationem apol. in Hex (fol 159-208v) eiusdemque De hominis opificio librum (fol 209-305).

Scribae parum erudito textum quamvis mendis orthographicis scatentem tamen fidelissime conservatum

debemus. perrarae sunt lectiones variatae aut omissae. mirum in modum in A solo rectum invenitur 34, 5 ἄρθρου quod verbum ceteri omnes in ἀνθρώπου depravatum tradiderunt. menda scriptoris aciem correctoris haud saepe fugerunt. vir ille aequalis tam diligens fuit ut etiam compendia persolvere studeret litteris inscriptis. neque abstinuit quin textum coniecturis temptaret. ea quae cum aliis communicat, ex diversis exemplaribus sumpsisse non videtur nisi forte 47, 5 ὅση δύναμις ex memoria 𝔑 et 69, 10 πάροδον ex memoria S accepit. nam cetera quae restituit quilibet lector prudens restituere potuit. coniectura aperta est 4, 4; 5, 6; 23, 9-10; 51, 2; 60, 10-11; 62, 8; 67, 11. scholia quarum nonnulla A. Ehrhardt in aliis codicis partibus se legisse indicat in foliis 129-158v non extant.

W Codici A proximus est codex Guelferbytanus Gudianus graecus 87 chartaceus, saeculi XV (cf 871 R, p. 52). quem librum olim Matthaeus Macignus philosophus Venetus Bernardino Trevisano medico Patavino legavit, post Bernardinus Nicolao filio suo (cf Jacobum Ph. Tomasinum de Bibliothecis Patavinis mss. publicis et privatis, Utini 1639, p. 115). codex quem ipsa inspexi titulis ornamentis litteris initialibus miniatis exornatus et nitide scriptus est. praeter S. Basilii Homilias in Hex IX nunc nihil exhibet nisi sermones nostros et eos unico modo dispositos. primus enim sermo tamquam homilia decima opus Basilii finit. ut prioribus homiliis ita huic ultimae pro titulo versus Scripturae quem praecipuum orator tractaturus erat inscriptus est καὶ εἶπεν ὁ θεός· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν· εὐλόγησον (fol 115v). ubi sermo desinit (fol 129) haec subscriptio legitur ἡ ἑξαημέρου τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν βασιλείου τοῦ μεγάλου λόγοι ῑ et infra ornamentum pulchrum atque latum additum est. deinde in eadem pagina sermo alter incipit hunc

titulum prae se ferens τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν γρηγορίου ἐπισκόπου (sscr αρ m²) νύσσης· εἰς τὰ ἐπίλοιπα τῆς ἑξαημέρου· εὐλόγησον. atqui his verbis Gregorii Nysseni de hominis opificio liber in aliis codicibus inscriptus invenitur. qua de causa et quod alter sermo ita in calce folii ultimi (142v) explicit, ut nullum spatium ornatui relinquatur, suspicio mihi orta est secundam codicis partem qua Gregorii in Hex opera continerentur olim extitisse. quam partem etsi Tomasinus nullam agnoscit equidem in codice Gudiano graeco 84 Bibliothecae Guelferbytanae usque ad hunc diem latere pro certo habeo. uterque igitur Gudianorum est unius eiusdemque codicis pars dimidia.

Codex W artissimam suam cum A propinquitatem patefacit ubi proprias eius lectiones sequitur: 5, 6 (ὡς. A ὡς σὴ W); 9, 5-6 (φαντασθείης W); 11, 12 (εἶπεν om AW, post 12 κύριος add ἔφη W); 12, 5 (ζῷον om AW); 14, 2; 15, 11 (οὐ: οὖν A οὖν οὐ W); 17, 4 (ἐκείνων om AW, scr τὸ ἄκρον W); ib 12-13 (καὶ — ἀναμετρεῖ (nota quomodo A distinxerit): καὶ ἀλλοιοῦνται τοῦ συνήθους· διερευνῶντα πελάγη· κέλευθος θαλάσσης ἀναμετροῦντα W); 26, 2-3; 33, 3; 35, 2 (ἀπόδειξις AW); 37, 15-38, 1; 38, 3-4 (οὐδὲ — συγχωροῦντος om AW); ib 5. 11; 42, 4; 46, 8-9 (αὐξάνεσθαι AW); 55, 12; 59, 14; 61, 10 (ὑβριστὴς εἶ AW); 68, 4 (μεταβολαὶ AW); ib 5 (ἵνα om AW); 70, 11 et 15. sed W ex gemello codicis A non ex A ipso fluxisse verisimile est. cf 34, 5 ἄρθρου ab A solo recte scriptum, a W ceterisque depravatum. exemplaris scriptura non multum ab A afuisse videtur. nam W cum 20, 13 λάβρως describere voluit, contra usum suum pristinam litterae β formam ita deprompsit ut λαύρως redderet. ceterum quod W vel potius dicam auctor exemplaris de A declinans nonnulla cum aliis testibus et una cum doctioribus recta praebet, sua sponte id facere potuit. similis enim doctrinae similisque ingenii erat atque Θ vel S vel D. noli igitur

mirari quod eum in indicibus fontium tam saepe meliores partes agere vides. proprias codicis W lectiones summatim absolvam. auctor huius textus ratione variandi a ΘSD, aequalibus ut puto suis, non multum differt sed modestius quam illi arti suae indulsit. verba ex parte tantum variare solebat velut 4, 2 πόσας: ὅσα W; 7, 2 ἀπογνοίης plerique: ἀμφαγνοῆς *l*; 9, 9 νενοημένου: νοουμένου W; 14, 7 λαβὼν: λαμβάνει W; ib 9 πτυξὶ: πυξίσι W; ib 11 σύμπαντα: πάντα W, raro tota commutabat ut 11, 6 σώματα: πρόσωπα W; 15, 14 ὀνόματι: σώματι W; 20, 8 αἰθέρος: ἀέρος W et Ω; 25, 4 ἑαυτῆς: τοῦ σώματος W, raro aliquid addidit. omisit corruptelas 4, 4 et 47, 5 consulto. vir doctus bene scivit quanta diligentia textus esset tractandus. quod multa neglegenter amissa in W desiderantur non auctori sed scribae cuidam recentiori crimini dare velim.

Δ Praeter codicem A testis fidelis est codex Δ saeculo XI paulo post codicem X, ut mihi videtur, litteris minusculis scriptus (cf 349 R, t. III p. 333 sq). in angulis foliorum olim laceratis nunc recentiore membrana sartis scriptura interdum deleta est. codex constat foliis 138 quorum ultimum recto a manu saeculi XV inscriptum est, a tergo vacat. incipit mutilus exhibens S. Basilii Homiliarum in Hex partem extremam inde ab ἐναποκλεσθῇ (sic) περιβρύχεται (= p. 516, 10 Giet) usque ad finem (p. 522, 15 Giet). sequitur S. Gregorii Nysseni liber De hominis opificio (fol 1v-44) deinde S. Basilii Contra Eunomium tractatus duo (fol 44v-81), eiusdem De Spiritu Sancto et tractatus quidam (81v-86) et duo libri ad Amphilochium (86-124v) postremo sermo primus De creatione hominis (fol 125-132) his verbis inscriptus τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου γενέσεως λόγος πρῶτος sermo alter (fol 132-138) cum titulo τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου γενέσεως λόγος β̄. cum numeratio quaternionum in foliis mihi notis (125-138) non extet, nihil

de ordine tractatuum, quem disturbatum esse suspicor, dicere possum.

In Δ pauca habeo quae desiderem; menda orthographica non crebra sunt, sed nonnulla verba neglegenter mutata aut depravata. scribam cum 21, 15 et 39, 16 lectiones dubias caute omitteret varias exemplaris sui lectiones aut adnotationes respexisse opinor. exemplar quodam modo correctum etiam ei loci indicant, ubi Δ cum PSD aut aliis paucis conspirat. corrector codicis multo recentior quem Δ² appellavi textum e coniectura haud inepte emendare conatus est. idem notis marginalibus argumenta comprehendit nec non vocabula μεταφορά vel ὅμοιον vel παρόμοιον adscripsit, ut figuras explicaret. ultimam paginam quam non tetigit post eius tempus subiunctam esse puto. qui folium illud 138r complevit, eum Δᵃ nominavi. paulo discrepat a memoria totius stirpis. scripturam exemplaris sui non semper recte distinxit.

Est. 72 Hic breviter agendum est de parvo primi sermonis fragmento quod codex Mutinensis Bibliothecae Estensis 72 (nunc U. 5.14 olim II C 5) membranaceus saeculi XI uno folio conservavit. is liber S. Basilii Homilias in Hex IX et S. Gregorii Nysseni De hominis opificio tractatum, deinde alia aliorum complectitur. Basilii et Gregorii opera confusione foliorum valde turbata sunt; quem textus statum Christianus Parma cum Gregorii opus meum in usum ex imaginibus conferret, detexit fragmentumque in lucem protraxit. codicem ipsum postea pro me inspexit Ernestus Rhein. initio operis Gregorii post verba γενέσθαι τὴν πρὸς (col 129 A 12 Mignei) quinque ni fallor folia exciderunt — nunc enim textus usque ad finem quarti capituli (col 136 D7) desideratur — quorum loco inculcata sunt primum folia undecim ex priore codicis parte soluta, quae magnam partem Basilii homiliae octavae continent (p. 432, 3-476, 17 Giet),

deinde unum folium — septimum ut puto quaternionis septimi decimi — quod infra exciderat, Gregorii verba (ἡ)μετέραι χρείαι — στάσιν ἐρεί(δουσα) = col 141 D 2-144 B 12 Mignei includens, postremo fragmentum nostrum i.e. initium primi sermonis De hominis creatione, quod sine titulo inde a verbis παλαιοῦ χρέους usque ad verba τῶν προχείρων decurrit (p. 2, 1-3, 10). scriba tamquam se ipsum in errore deprendens paginam non complevit sed media in linea a scribendo desistens et reliquum huius paginae spatium et totum folii aversi vacuum reliquit. hoc folium post opus Basilii pristinum suum locum habuisse suspicor. post has partes interpositas Gregorii rursus opus inde a quinto capitulo (col 137 A) legitur. utrum ea quae ex libro De hominis opificio desunt in priore codicis parte inserta lateant nescio, de nostris quidem sermonibus nulla fere spes restat. nihilominus hunc librum magni aestimamus, quoniam is quoque testificatur sermones De creatione hominis una cum Basilii et Gregorii Nysseni operibus olim traditos esse. quod ad textus fragmenti attinet a textu in Δ servato non nisi semel discrepat, scil Estensis recte legit 3, 6 τοῦ quod Δ cum aliis in οὐ depravavit.

Priusquam ad codicem Θ describendum nos vertimus, quaeramus quae ratio inter codices A et Δ et Θ intercedat. (subiungo W ubicumque accedit.) consentiunt ΑΔΘ: 6, 6 ἐγένετο: ἐγένοντο ΑΔΘ; 11, 5 τὸ βάθος: τοῦ βάθος A τοῦ βάθους ΔΘW; 17, 12 τοὺς βυθοὺς: τοῦ συνήθους AWΔΘ om PSD; 64, 6 ἴδῃς: εἰς AWΔ et X var Θ fort quod hanc corruptelam legerat. consentiunt A et Δ: 21, 1 ἐν: μὲν ΑΔ μὴ P; 42, 1 ὁ om ΑΔ et HJN. consentiunt A et Θ: 10, 2 ἄφες (vid ad menda archetypi) AWΘ et TY; 11, 10 add καὶ ante κατ' AWΘ; 16, 16 ἴδῃς: εἰδῆς A (vid app) Θ; 17, 12 ἀλλοιοῦνται AWΘ et Ψ²; 19, 3 βαρύτητι AWΘ; ib 15 γῆς: γῆν AWΘ; 50, 6 post ταύτῃ add τοι ΑΘ; 57, 11 τότε: τὰ AWΘ τὸ ChMos; 68, 10 οἷον: οἷος A οἷον Θ sed ν in ras scr vid. consentiunt Δ et Θ: 20, 3 ἀδολέσχην recte ΔΘ (vide ad menda archetypi, ἀδόλεσχον W); 25, 7 αὐξάνεσθε alt om Δ (sed adscr in marg) ΘW; 47, 3 ἐπορέγεσθαι: ἐμπορεύεσθαι Δ ἐκπορεύεσθαι Θ; 51, 13 βίον ὑποστρέφει coll ΔΘ; 69, 11 ἑκατέραν ΔΘ. quis est qui talia recensens codicibus AWΔΘ fontem communem attribuere audeat? mendum gravissimum 17, 12 ex litterarum minuscularum confusione ortum codices certe in unum cogit, sed quoniam nescimus utrum exemplar PSD errore cognito ea verba omiserit an alia de causa, nihil liquet. satis igitur habeo locos communes protulisse, rationem reddere non possum.

Θ Venio ad Θ, codicem dignum qui fusius tractetur. est litteris minusculis binisque columnis pulchre scriptus (cf 58 R, t. I p. 62; D. Amand op. p. CXXI cit. p. 7; St. Rudberg, op. p. CLV laud. p. 97). codex varia S. Basilii opera complectitur: homilias morales et homilias in Psalmos, tractatum de Spiritu Sancto ad Amphilochium, libros Contra Eunomium I-V, epistulas. sermones De creatione hominis inter homilias morales numeris M̅Θ̅ et N̅ signati (fol 179-189) exhibentur. librarius recentior in foliis numerandis unum neglexit quod alius quidam postea numeri nota 186 b distinxit. tituli sunt primi sermonis τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου γενέσεως εἰς τὸ κατεικόνα alterius τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν ἄνθρωπον λόγος β̅. utrique adscriptum est κύριε εὐλόγησον.

4 ἀρρωστιοῦντας N ἐν om H 5 παραδείσῳ: παρΰσης ut vid H 6 καὶ om N 9 περὶ om HN suppl man alt in M τὰ τοιαῦτα: ταῦτα Hg G in marg 13 add τῆς κυριακῆς ante τῆς κρίσεως GO ἤγουν incert in M 18 τούτου om H ἐκείνη ex αὐτῇ corr H 21 τὸ om HL γενέσθαι Hg G in marg 24 post περὶ add τῶν gG in marg 26 κεφάλαιον tertium decimum om MLK ἀνθρώπου HN

ιδʹ Περὶ ὀφθαλμοῦ καὶ τῶν ἔνδοθεν χιτώνων.

ιεʹ Περὶ βλεφάρων καὶ προκαλυμμάτων.

ιςʹ Περὶ ὀφρύων καὶ τῆς τούτων συνεργίας.

ιζʹ Ἀπὸ συγκρίσεως ἀμπελῶνος περὶ τῆς τῶν ὀφρύων περιβολῆς.

HgNGOMLK
1 ὀφθαλμῶν G in marg ἔνδον H 5 συνεργείας GO 7 ἀπὸ συγκρίσεως ἀμπελῶνος ad κεφάλαιον sextum decimum attraxit et numeri notam ιζ ante περὶ scripsit H

Quod supra dixi editorem compositioni operum maiorem curam adhibuisse quam emendationi, nolo id audiri textum depravatum ab eo relictum esse. quamvis enim ℜ corruptelas veteres tractare non tam perseveraret quam Θ aut S aut D tamen artis grammaticae satis peritus erat, ut leviora vitia corrigeret neque nova et graviora textui afferret. et profecto si ex parvo lectionum propriarum numero eum non neglegentem fuisse concludendum esset sed cautum atque moderatum, maxima laude dignus nobis videretur. sed etsi non multa mutavit, certe ad suum arbitrium egit. confer praeter 18, 8; 39, 14; 49, 8; 54, 1; 61, 13; 62, 8; 63, 6; 64, 9; 72, 11 imprimis 4, 4; 47, 5; 57, 6 et 58, 7 (et κεφάλαιον ηʹ alterius sermonis); 59, 2 et senties quantula fuerit eius in textu conservando religio.

De aetate editionis ℜ duobus locis corruptis fortasse certiores fimus. in fonte communi ni fallor pro ἀλλήλαις scriptum erat αλληαλις (in serm De paradiso p. 76, 14 cf p. CLIX) et pro δι' ἁμαρτίας extiterat διὰ μαντείας (in serm De hom creat alt p. 45, 10 cf p. XXV), hoc mendum

confusione litterarum minuscularum (μ et ρ) ortum est, illud ex commutatis maiusculis (Α et Λ). si haec simul respicimus sequitur ut editio ℜ aetati translitterationis quae dicitur attribuenda sit, i.e. saeculo VIII ex. vel IX in. alia quidem quibus conclusio nostra corroboretur non habemus, quoniam omnes fere testes aut ipsi erant docti aut doctis exemplaribus instructi menda vetera eliminaverunt. sed de singulis testibus, recentioribus quidem, infra agam. hic mihi satis est exemplar eorum commune descripsisse.

Iam omnes huius stirpis familias percensuimus. age quaeramus iterum quae ratio inter eas intercedat. sunt duo omnino loci quibus stemma diiudicatur. 17, 12 τοὺς βυθοὺς recte cum TXY et 𝔅 tradiderunt ChMos et ℜ, verba depravaverunt ΑΔΘ omiserunt PSD (vid supra p. XXXII); item 36, 11 verba καὶ ἀρχέτωσαν — ἄρχειν integra cum TXY et 𝔅 servaverunt ChMos et ℜ omiserunt propter homoeoteleuton ΑΔΘ et PSD (vid supra p. XXV). quod si his locis codices ΑΔΘ et PSD conspirare arbitramur, eos ex fonte proprio derivari necesse est. sed cum nulla praeterea extent quibus affinitas familiarum sive ΑΔΘ et PSD sive ChMos(hQf) et ℜ confirmetur, talia haud satis momenti afferre possunt. igitur in stemmate supra p. XI descripto acquiescendum est. si non ex communibus lectionibus sed ex textus tractandi ratione cognationem quandam definiri licet, codices W Θ Mos D, exemplar PSD, exemplar PS uno genere colligi debent. hoc enim fuit in unoquoque eorum ut non tam nova ex sese inferre quam tradita quamvis ingeniose corrigere studeret. quos testes, sive ipsos sive eorum fontes, omnes aequales fuisse arbitror aetatis ni fallor Byzantinae saeculi circiter decimi. aliquantum differt S haud multum ℜ, hic neglegentia ille sollertia insignis, alter nimis alter parum in libris

corrigendis exercitatus. iis contrarii sunt codices A Δ Ch atque fons familiae ChMoshQf, et ipsi unius generis, quatenus quisque contentus iis quae acceperat antiquam memoriam fideliter repetivit.

De recensione 𝔅

De forma

Ille qui textum 𝔅 formavit, vir erat nimis diligens ne dicam morosus et animi ad vitam ascetarum inclinati. tradita non emendare intendit sed ad suam potius voluntatem fingere. id non nova excogitando assecutus est — nimirum praeter Sacram Scripturam non multas disciplinas amplexus est — sed quam rem auctor sermonum aut imprudenter aut breviter absolvens adumbravit tantum, eam recensor 𝔅 accuratius definire et illustrare solebat quaeque abrupte atque horride dicta sunt, ea denuo componendo poliebat et particulis, verbis finitis, membris minutioribus insertis ad ampliorem sententiarum structuram exaedificabat.

Fortasse talem quoque textus transformationem ex ingenio cuiusdam viri Byzantini prodisse arbitreris. sed nonnullis vetustioris memoriae vestigiis monemur ne temere usque ad illam aetatem hanc recensionem deducamus. quo diligentius eam investigare operae pretium videtur. accedit quod textum in apparatu critico in particulas digestum reddidi, ut facultas recensoris vix perspiciatur. liceat igitur quae maxime propria huius recensionis esse iudico exemplis satis multis hic exponere. quod ex altero quoque sermone locos adiungo, ubi codice Ω deficiente nil nisi versio iterum recensita i.e. $𝔅^1$ extat, noli vituperare. potes enim in altero quoque sermone inter recensiones 𝔅 et $𝔅^1$ distinguere si modo in primo indolem alterutrius penitus perspexeris.

ordo verborum circiter tricies in utroque sermone mutatur, cum clausulae hic efficiantur ex.gr. 7, 5; 10, 1 illic pessum eant velut 21, 9-10; 26, 3; 30, 1-2; 39, 11-12; 44, 13.

mutationes stricte ut ita dicam **grammaticales** velut temporis generis numeri casus verborum crebrae sunt. nota bene 6, 10; 10, 11; 33, 8; 36, 2; 38, 10; 52, 16, e quibus magna erga leges grammaticorum observantia enitet. quae tamen suis finibus continetur, cf 17, 12; 60, 4; 64, 5-6; ib 7. talia recensor ℭ, ut erat dictione attissante peritior, aut intacta reliquit aut bene restituit. sunt tamen alia velut 46, 12 et 48, 5-7 quae neque ℭ toleravit.

voces variatae sunt saepissime. ut pauca ex multis eligam cf 3, 1; 6, 3; 12, 8; 14, 6; 16, 10; 18, 1.7; 21, 1; 22, 7; 28, 13; 39, 2.7.16; 44, 7; 45, 4; 48, 1.8; 52, 8.12.14; 53, 16; 55, 5; 57, 4; 59, 16; 60, 2; 61, 13; 62, 5. in iis 𝔅 neque cum ℭ conspirat (exceptis 52, 17 et 64, 9 cf 47, 3 et 37, 4) neque voces recentiores introducit, id quod recensorem ℭ saepius facere videmus. mutationes huiusmodi quales ex omnibus fere codicibus bene notae sunt de indole propria nihil indicant nisi magnus eorum numerus recensorem 𝔅 admodum licentiosum esse arguit.

particulae imprimis οὖν, γάρ, δέ plus quinquagies adiciuntur, ut consequentia sententiarum patefiat. particula quoque καὶ persaepe aut voces singulas aut membra aut sententias maiores conglutinat ex.gr. 9, 1; 10, 8; 15, 4; 17, 15; 30, 1 (Ω); 33, 8; 36, 9; 40, 1 et 42, 8; 51, 11-12; 56, 1-2.8 (notio observandi pessumdatur); 60, 15; 61, 2; 64, 4.

verba finita sententiis inserta nimiam orationis brevitatem lenire solent velut 10, 10; 12, 5; 14, 6 (structura genuina deletur); 15, 19 et 16, 1; 24, 10; 25, 9; 39, 12; 43, 3.8.10; 45,1.15; 46, 7.11; 49, 6 (sec Script);

50, 12; 53, 6-7; 55, 6; 58, 12.16; 61, 9.13; 67, 11; 70, 7 et lemmatibus Scripturae verbum φησί vel simile inseritur ex.gr. 25, 7.12; 31, 7; 50, 5; 56, 18.

variae artes ad orationem poliendam adhibentur partim leviter velut 13, 10; 16, 9; 19, 6-7; 21, 6; 23, 2.6-7.12; 25, 7.8; 33, 5.8; 34, 7; 36, 2; 38, 5.7-8.14; 41, 11; 43, 12-13; 44, 12-13; 45, 9-10; 46, 6; 47, 14 (sententia detorquetur); 49, 1.2.9; 50, 14 sq; 51, 16; 55, 5-6; 56, 1-2; 58, 10.16; 61, 2; 62, 6; 70, 4; partim graviter structura transformatur cf 11, 8-10; 14, 5-8; 20, 1-7 (effugit omnis cum loco cognato 18, 14 sqq similitudo); 24, 14; 35, 5-6; 38, 10-11 (pars prior corrupta); ib 11-13. multo gravius id accidit in altero sermone, quam rem non recensori 𝔅^{1} debitam esse puto sed 𝔅 ipsi qui magis magisque sententiis reformandis delectetur. cf ex.gr. 46, 8-10; paginam 51 totam; 52, 2-6 et 11-13; paginam 56 totam; 58, 1-5; paginam 61 totam; 63, 11-64, 1; 65, 11-13.

membra inseruntur aliquando ut sententias alteram cum altera coniungant velut 12, 3; 25, 9.13; 28, 7; 36, 13; 38, 6; 54, 3; 56, 13 bis; ib 18; 72, 8. inseruntur autem praecipue, ut contraria efficiant. ex primo sermone cf 12, 11; 15, 14-16; 19, 9; 32, 16; 38, 1.2-3; 39, 5. fortasse eadem ratione adductus 𝔅 sua sponte addit 10, 13 καὶ ἄλλο ἐν γήρᾳ et 11, 2 ἄλλο ἐν ἐνδείᾳ. non multa huiusmodi in altero sermone insunt. nimirum ubi auctor sermonum ipse profusius loquitur, ibi recensor complendi labore supersedet. neque tamen omnino ab addendo se refrenat, ex.gr. 43, 5; 46, 11; 47, 2; 50, 5; 52, 13; 54, 1; 64, 9; 66, 1, quorum nonnulla contraposita esse vult. restant quaedam membra de quibus diiudicatu arduum est utrum sollertiae recensoris ascribenda sint an sana habenda. cf ex.gr. hos locos duos ubi ea quae 𝔅 solus praebet uncis inclusi 15, 14-16 γίνωσκε ὅτι σὺ μὲν εἶ δοῦλος ὀνόματι μόνον <ἐλεύθερος δὲ τοῖς τρόποις>

ἐκεῖνος δὲ ὀνόματι μὲν ἔχει τὴν δεσποτείαν, ἔργῳ δὲ βεβαιουμένην ἔχει τὴν δουλείαν. 66, 1 αἱ φυσιολογίαι <τῶν φιλοσόφων αἱ τεχνολογίαι> τῶν ἰατρῶν.

Iam his locis probatur recensorem 𝔅 non id studuisse ut verborum copiam atque ornatum augeret sed omnem operam dedisse ut sententias accuratius explicaret. haec **diligentia,** quam nescio utrum subtilem appellem an morosam, causa princeps fuit cur alia multa mutarentur. confer sex quae prima inveniuntur exempla et alia selecta: 2, 6 ad τῶν ἐν τῇ γῇ addit φυτῶν. plane quidem loquitur, sed membrum membro non iam respondet. 2, 7 ad περὶ τῆς ἡμετέρας γενέσεως addit καὶ ἀποσκευῆς non, ut puto, quo coniunctione verborum idem significantium orationem elegantiorem reddat, id quod recensor ℭ ante omnia contendit, sed ut omnia quae in sermonibus continentur, et originem et constitutionem hominis, iam initio indicet. nam alibi quoque ea quae sequuntur praeoccupare solet, cf 12, 2-3 et 36, 14. 3, 1 pro οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν scribit οἱ σωματικοὶ ἡμῶν ὀφθαλμοί ut notionem illi νοῦς (infra lin 5) contrariam illustret. 3, 6 addit θείαις ante γραφαῖς vix Ps-Platonis memor. neque enim in libris philosophorum ita ut recensor ℭ versatur. 3, 7 addit ἕνα ante ἕκαστον, 4, 5 addit παντὸς ante τοῦ σώματος, 16, 14 pro αἰδεῖται scribit εὐθὺς ὑποδύνει καὶ εἰς φυγὴν τρέπεται. quanto scientius recensor ℭ! 17, 15 pro νεκρὸν scribit ὡς νεκρὸν quoniam non putat pisces re vera mortuos esse cum captarentur. 19, 10 pro κάτω κείμενος scribit ἐκτὸς ἱστάμενος id quod certe dissentit ab illo ὑπερτείνῃ χάρτην. 19, 13 post οὐκ ἀναβαίνει μὲν ὁ ἄνθρωπος εἰς τὸν ἀέρα addit οὐ γὰρ ἔχει πτερά. 20, 10 post ἀναβαίνει addit ἐπὶ τὸ ὕψος cf 38, 11. 21, 6 pro ἠκούσαμεν scribit ἠρευνήσαμεν, an propterea quod lectores non auditores exspectat? cf praeterea 17, 1 et 26, 6, deinde 21, 10; 25, 5; 30, 3; 36, 6; 37, 6 et ex altero sermone quae addit 42, 1.9.13; 47, 14; 49, 8; 50, 1.6-7.13;

59 et 1 et 2; 62, 9; 63, 13; 66, 12 quaeque alio quodam modo mutat velut 52, 9-10; 55, 8 (nisi glossa est); 59, 12 (!); 60, 3; 62, 14; 66, 5; 72, 7. nimiae quoque diligentiae est ea quae nominatim sint definita in universum dilatare, velut 43, 5 addit ὥσπερ πάντα τὰ γένη τῶν ἀλόγων ἢ ante ὥσπερ τοὺς τέττιγας (falso quidem!) et similia 46, 8-10; 49, 1; 58, 10; 72, 8. sed talia in primo sermone non inveni.

De verbis hactenus. quid de rebus? duas causas fuisse arbitror quibus commotus recensor 𝔅 res ipsas sive mutaret sive augeret, scientiam Sacrae Scripturae et studium quoddam vitae asceticae.

scientia Sacrae Scripturae his locis demonstratur: introducit novos versus, unum in primum sermonem 10, 1 (quam longe abest a sermone philosophorum!) plures in alterum 44, 6; 62, 11; 64, 5.9; 67, 12-13, revocat Scripturam singulis verbis 14, 10; 38, 12; 48, 3 (cf 1 Petr 1, 3 al); 57, 6-8; 58, 8-9. restituit vel amplificat verba citata 8, 11; 13, 2; 15, 2; 21, 16; 32, 15; 37, 9; 42, 1-2; 53, 3-4. at contra variat 21, 13; 49, 6; 62, 16 (?); 64, 11 (?).

studium asceticum tam manifestum non est ut totam recensionem ad id tamquam ad ultimam causam reducere possimus. sed vestigia huius inclinationis neglegenda non sunt. primum vide recensorem 𝔅 ea maxime tractare, quae apud monachos multum valent, continentiam (p. 36 sqq) et abstinentiam (p. 50 sqq). deinde cf singula: 14, 5-8 dicit auctor: homo animam alterius in sua potestate non habet. recensor autem: homo omnino nullam certam potestatem habet. 33, 4 εὐαγγελίων: χρηστῶν ἔργων; 36, 8 κοινωνίας: ἁγνείας; 36, 12-14 et 39, 2-3 auctor ex dignitate hominis officium derivat, recensor illam praeterit, hoc tantum admonet. etiam 16, 1 (et 61, 6 sqq et 67, 1.8) auctor docet quod est, recensor quod esse debet; 37, 12 διὰ τοῦ πάθους: διὰ τὸ

βδελυκτὸν πάθος; ib 9 post ἐπιμαινόμενος add τῷ ἀκολάστῳ πάθει. eadem ratione usus recensor in altero sermone animos ad terrestria relinquenda impellit cf 50, 2 sqq: auctor quaerit unde hominibus, qui in paradiso fructibus vescerentur, caro sit concessa. id post diluvium propter lasciviam factum esse exponit. sed homines neque vituperat neque indicat qua de causa ex paradiso expulsi sint. hoc enim solum intendit ut in animis desiderium suscitet ad pristinum statum revertendi (similiter in sermone De paradiso p. 77, 11 sq et 82, 20-25). sed recensor ad peccatum originale recurrens idque in immoderatione hominis contineri arbitratus reliqua omnia inde deducit. itaque statim post 50, 4-5 ὁ κύριος .... ἐπὶ πάντων τὴν ἀπόλαυσιν συνεχώρησε addit οὐχ ὡς (?) εἰς ἀπόλαυσιν δὲ ἀλλ' εἰς αἴσθησιν ἄγων οἷα ἀνθ' οἵων ἐξ ἀκρασίας ἀντηλλάξατο (cf infra p. 52, 16) et 51, 20 pro πῶς τὸ ποικίλον τῆς διαίτης ἡμῖν ἡ τῆς ἁμαρτίας συνεισήνεγκεν αἰτία scribit πῶς τῷ ποικίλῳ τῆς διαίτης ἡ τῆς ἁμαρτίας εἴσοδος συνεισῆλθεν scil causam eventu permutans. ille igitur quae recuperanda sint intellectui audientium committit, hic quae abhorrenda sint voluntati instillat. qua de causa recensor miseriam atque fragilitatem humanam pluribus verbis demonstrare solet e.g. 51, 20; 52, 5.13; 63, 6; 67, 9.14 et nunc de proclivitate (52, 16) nunc de voluntate (61, 3 et 6) mentionem facit.

Haec satis sint de ratione mutandi. exempla perlustrantibus nobis iam aliquot loci occurrerunt a recensore male intellecti. quod si diligentius inquirimus multa passim inveniemus quae recensor aliter accepit atque auctor conceperat. graviora liceat proferre primum ut recensionem 𝔅 non genuinam sed derivatam esse probemus, deinde ut intentio auctoris ex errore recensoris clarius perspiciatur. 12, 2-3 auctor verbis Scripturae ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν

repetitis ea quae sequuntur καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων adnectens demonstrare incipit hominem deo similem esse imperio suo. deinde consequenter quaerit σώματι ἢ λογισμῷ; recensor cum quaestionem aptius connectere velit post ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων inserit τῆς θαλάσσης. τίνι ἄρχεις τῶν ἰχθύων, εἰπέ μοι. nonne bene facit? immo vero inepte. nam de piscibus ante 16, 2 sqq non agitur. 13, 7 sq vid Ps-Platonis Alcibiadem in apparatu fontium citatum. adde quae Ivanka o. c. p. 54 adn. docet. 23, 5 locum corruptum recensor sanare vult. sed de tertia hebdomade ante 24, 12 non agitur. 25, 7-9 locum corruptum recensor ita restituere vult ut ad αὐξάνεσθε referat καὶ πληρώσατε. hoc autem non ad αὐξάνεσθε sed ad <πληθύνεσθε> referendum est, ut docet Origenes ad 22, 1 citatus et cf locum similem p. 47, 14-48, 3. 29, 5 post verba ἐκ προαιρέσεως ἡμῖν κατορθοῦται τὸ Καθ' ὁμοίωσιν εἶναι θεοῦ. τοῦτο δὲ τὸ κατὰ προαίρεσιν sequitur in 𝔄 δυνάμει ἡμῖν ἐνυπάρχει, ἐνεργείᾳ δὲ ἑαυτοῖς προάγομεν pro quibus 𝔅 scribit δυνάμει θεοῦ ἡμῖν ἐνυπάρχει, ἐνέργειαν δὲ ἑαυτοῖς ἐπάγομεν videlicet sermonis philosophorum, Aristotelis et Stoicorum (cf ex.gr. Sen. ep. 90 inc), plane ignarus. qua de causa et 30, 1-3 et 30, 4 et 32, 16-17 et 33, 2-3 mutat. (in 30, 1-3 codicem Ω solum memoriam recensionis conservavisse opinor. 𝔅[1] verba omisit aut propter homoeoteleuton aut illud δύναμιν τοῦ γενέσθαι omnino non intellegens.) iterum si conferas recensorem ℭ multo eruditiorem fuisse videbis. permulta huiusmodi etiam in altero sermone inveniuntur quorum haec tantum adiungo: 43, 5 et 51, 2 de singulis animalibus neque de omnibus agitur vel vice versa. 47, 14 Πληθύνεσθε· ἐκκλησίας ἡ εὐλογία: Πληθύνεσθε ἐν ἐκκλησίας εὐλογίᾳ. 57, 6-7 recensor, sicut ℜ, diem consummationis octavam esse putat, non septimam, quamquam totum argumentum in numero septimo continetur. sed praeter hunc nullum locum mutat. 46, 3 auctor qui ad priores

Scripturae versus regressus seriem rerum usque ad 60, 10 interrupturus est, quasi se excusans audientes orat ut ea quae adhuc explicaverit utique teneant memoria: πάντως οὖν μέμνησο τῶν εἰρημένων. recensor autem cum scribat πάντων etc, quo auctor spectet non comprehendere videtur. neque 60, 11-15 sensum capit. nam de Scriptura agit auctor, recensor de oratione sua. 61, 3 et 67, 8 ea, quibus auctor propositum suum revocat, recensor studiose neglegit.

Postremum ad compositionem verborum revertamur. recensor enim ut res ita verba disturbat. de stilo auctoris iam initio huius praefationis mentionem feci. hominem eloquentia non praecellentem fuisse dixi sed quaecumque artis oratoriae amplexus esset praecepta, iis tenaciter usum esse. praetermitto quam saepe auctor propriam Scripturae explanationem dicturus prius mutato uno lemmatis verbo alienam opinionem introducit ut e contrariis argumenta explicet expectatione audientium suscitata. nam ut 6, 7 dicit οὐκ εἶπεν . . . (γενηθήτω ἄνθρωπος) ita 7, 8 et 8, 2; 13, 13; 15, 1; 16, 3; 42, 14; 48, 18; cf 22, 9; 23, 6 (et 10?); 25, 13, similiter διὰ τί οὐκ εἴρηται . . . 28, 8; 56, 3 et 4, et confer totam argumentationem 8, 14 sqq; 10, 9 sqq; 12, 12 sqq. talia recensor non attingit.

Est alia ratio quam auctor in collocandis partibus etiam magis inire solet. nam unumquemque locum a lemmate contextui adaptato inchoat et in fine sive eodem lemmate sive brevi quadam sententia complectitur. cum complures fere loci ad unius versus explicationem congesti sint, initia et clausulae similes iterum atque iterum repetuntur. (hac componendi ratione quamvis simplici tamen certum auctoris consilium probatur. non igitur putandum est ieiunam sermonum formam quam genuinam habemus ex eo effectam esse quod notarii orationes Basilii quas in ecclesia velociter exci-

pissent decurtatas redderent. hoc putes sane, sed quomodo explicemus diligentiam illam qua lemmata sunt adhibita?) in his lemmatibus sententiolisque recensor 𝔅 saepe offendit. itaque multa aut cum membris vicinis connectit aut alio modo deminuit aut omnino omittit. cf 15, 19-16, 1; 19, 7; 23, 6; 25, 5-7.12; 27, 6 (om); 28, 13-29, 1; 37, 13 (om); 38, 7-8; 43, 3 (cf ℭ); ib 11 (om); 53, 1-2.4; 54, 11-12; 56, 12-13 (om); 58, 7-8 (vide ad menda archetypi); 60, 8-9 (om). recensor ℭ etiam plura abstulit.

Praeterea auctor contendit ut membra concinna congerat, quae certe brevia sunt et dissoluta sed iteratione verborum ornata non ulla vi carent. quid talia valeant recensor 𝔅 non sentit. ex.gr. 27, 8 ubi auctor partem quandam his verbis cludit αὕτη λοιπὸν εὐλογία αὕτη νομοθεσία τοῦτο ἀξίωμα τὸ δεδομένον ἡμῖν παρὰ θεοῦ recensor scribit αὕτη εὐλογίας νομοθεσία, τοῦτο ἀξίωμα τὸ δεδομένον ἡμῖν παρὰ θεοῦ et 38, 11-12 pro μὴ τυφωθῇς μὴ ὑπεραρθῇς μὴ μείζω φρονήσῃς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως dicit μὴ οὖν τυφωθῇς ὑπεραρθεὶς ὑπὲρ ὃ εἶ καὶ μείζω φρονήσῃς et cf quae sequuntur. praeterea cf 33, 8; 35, 5-7 (πότε); 38, 4-5 (ὅταν); ib 7-8; 46, 8-10; 47, 2; 48, 13-14; 52, 2; 54, 1; 59, 16-60, 1; 61, 11-13; 64, 5-6 (ὅταν ἴδῃς).

Hoc modo recensor 𝔅 sermones ad subtilem quam conceperat rationem transformavit. utrum religiosos magis quam laicos respexerit non possum diiudicare, sed certe textum multo faciliorem reddidit lectu. neque tamen eum sicut ℭ delectationi legentium servisse dico; immo vero 𝔅 quantum abest ab 𝔄 quam formam simplicem non intelligas nisi ante oculos actionem habeas verba subsequentem, tantum abest a ℭ recensione illa perfectissima atque omni artis apparatu ornata. profecto recensio 𝔅 digna est quae penitus inspiciatur.


Sed haec quidem aliis committam, nostrum est quaerere quem locum stirps in stemmate obtineat. iam supra monui vestigia vetustioris memoriae in 𝔅 apparere. ea nunc diligentius scrutemur. constat recensorem 𝔅 multa suo arbitrio omisisse. sed quid dicamus de iis verbis quae olim ex margine vel aliunde in textum codicis archetypi irrepserunt, quorum pleraque 𝔅 recte repudiavit (24, 5; 43, 8; 44, 13; 45, 6-7; 47, 9; 48, 14-15; 50, 10.14; 65, 8, et cf 24, 4; 54, 3)? ubi ℭ aut alii eadem neglexerunt concludendum est facilem fuisse coniecturam quae doctissimo cuique in mentem veniret. sed quid de ceteris? tantane erat sagacitate recensor 𝔅 ut tot vitia ipse inquireret an potius putemus eum ab exemplari quodam monitum esse? quam suspicionem nobis augent verba in 𝔅 incorrupta (velut 10, 9-10; 15, 13; 18, 12; 22, 6; (30, 5); 31, 7; 40, 6; 42, 10-11; 47, 4; 65, 11; 68, 5; 69, 5; 72, 1, et cf 44, 9; 58, 7-8) et praecipue duo membra recte conservata, 59, 5 et 23, 15-16, quae quamquam memor fui quanta sollertia recensor membra nova sua sponte inseruisset tamen sine uncis in textum admittere ausa sum (de 59, 5 cf ℭ!). sed maximi momenti esse arbitror variam lectionem 25, 10, qua 𝔅 argumentum aptius inchoavit quam 𝔄 ubi res admodum diversa attingitur. ex eo quidem quod 𝔅 argumenta convenienter instituere solet non iam colligi potest eum exemplari edoctum fuisse (cf 2, 7; 12, 2-3; 36, 13-14; 50, 5), sed hoc loco accedit quod 𝔅 cum varia illa lectione in Ω conservata conspirat quam vetustissimae memoriae esse ex apparatu fontium elucet (et vid infra p. LXXIX). quod nihilominus 𝔄 in textu retinui, secundum legem ut ita dicam lectionis difficilioris feci et alios locos respiciens velut 21, 3 et 25, 8-9, quos auctorem attingere magis quam explicare videmus. praeter 25, 10 nescio an huc conferendum sit 8, 4 ubi verbis ἰδία ὑπόστασις πατρὸς καὶ ἰδία υἱοῦ καὶ ἰδία πνεύματος ἁγίου antiquitus interpolatis in 𝔅 addita sunt πρόσωπον

γνωριζόμενον · πατρὸς ἰδίᾳ καὶ υἱοῦ ἰδίᾳ καὶ ἰδίᾳ πνεύματος ἁγίου. lectio varia ‘πρόσωπον’ pro ‘ὑπόστασις’ si non eo tempore orta est cum de ipsis definitionibus disceptabatur at certe veterem usum quo altera iuxta alteram proferebatur secuta est (cf ex.gr. apud Lampe s.v. πρόσωπον IX b inde ab ‘in orthodox use’ usque ad finem 1187^{b}inf-1188^{a}). sed hanc lectionem fortasse alius quidam post recensionem 𝔅 factam textui inculcavit (vid infra p. cxxxv de Ioan. Hieros.).

His et similibus (quae infra apud menda archetypi laudantur) admonemur ut veterem memoriam in 𝔅 solo conservatam coniciamus. neque tamen illum fontem unde 𝔅 hausit copiosum fuisse credendum est; neque enim aliter tot corruptelae codicis archetypi a recensore 𝔅 in peius mutatae essent, velut 8, 7.8; 10, 2-3; 11, 8-11; 13, 6-7; 23, 5-6.9-10; 24, 8-9; 25, 9.12; 27, 2-3; 38, 3 bis; 39, 5; 56, 18 sqq; 59, 1-3; 63, 11-12. sed ad propositum. ubinam 𝔅 in stemmate collocemus? at res iam supra praeiudicata est, ubi ex uno eodemque fonte et 𝔅 et stirpem AWΔΘChMosPSDℜ derivavimus. quod si nunc agnoscimus, recensori 𝔅 praeter fontem secundae classis communem alium quendam peculiarem addicere debemus. sin improbemus necesse est codicibus TXY et AWΔΘChMosPSDℜ in unum collectis concedere quae recte praebeat 𝔅 ea in archetypo fuisse, quae recte tradant TXY ea ex fonte quodam remoto fluxisse. atqui exemplaria abolita citius requirerint recensores diligentes quam scribae rudes. igitur stemma hoc modo delineamus (vide p. LXXV).

Ac nunc quidem restat ut quaeramus quem textum recensor 𝔅 acceperit quemque librarius codicis hyparchetypi unde testes nobis noti dependeant. nam in aetatem recensionis 𝔅 non ante inquirere possumus quam libros singulos recensuerimus.

Recensor 𝔅 textum alterius classis paene incorruptum



repperit. confer ea quae mendosa fuisse suspicor: 19, 10-11 pro κατεγέλασεν· οὐ περιουσίᾳ legit 𝔅 κατεγέλασε· νοῦ περιουσίᾳ et ita labore emendationis supersedit; 23, 3 pro εἰς τὰ τέλη legit 𝔅 ἵσταται (λοιπόν?) et inseruit ἐπὶ ut casum genetivum adiungeret; 27, 3 pro βόσκημα τῶν τετραπόδων scripsit βοσκήματα τετραπόδων fortasse quod voces non recte solverat; 39, 5 pro ἔσω legit 𝔅 ἔξω et inseruit ἔνδον ut verba contrarie relata servaret; ib 12 pro ὁ μὲν . . . μὴ περιγενόμενος . . . ὁ δὲ scripsit 𝔅 ὁ μὴ . . . περιγενόμενος . . . ὁ δὲ fortasse quod μὲν in μὴ depravatum erat (cf Ξ in 29, 6 et alios alibi); 50, 11 pro διεχώριζεν ni fallor legit 𝔅 διεχώρησεν et paraphrasin aut ipse composuit aut ex thesauro quodam verborum eruit ut sententiam illustraret; 57, 13-14 post verba τὴν ἀντίδοσιν omissa 𝔅 sententiam mutavit; 63, 1 pro οὐρανοῦ legit 𝔅 ἀνθρώπου (idem S, cf 61, 16 TX) et composuit contraria ἐκείνου τὴν φύσιν et τῆς φύσεως ἡμῶν ut inepta apta faceret; 66, 2 fortasse ἡ in αἱ depravatum erat. de 7, 1 vide p. CXXVIII.

Neque exemplar codicum nostrorum proximum multis mendis foedatum erat. confer 11, 11 εἰκὼν om; 16, 13 δελφὶν ὃς in δελφῖνος depravatum erat, deinde similiter 16, 14 δελφὶς in δελφῖνος mutatum est; 17, 7 ἀφιᾶσιν: ἀφίουσιν; *ib* 7-8 ἐνεχθέντα: ἐνσχεθέντα; 20, 9 fortasse πτηνὸν exciderat et ex margine τὸ πτηνὸν falsum in locum receptum est; ib 11 ἵσταται: ἱστὰ ut vid exempl (ἱστᾷ

ξfQh‘); 26, 13 ἐπιμέμικται: ἐπίμικται ut vid exempl; 28, 11-13 et οὐ om et post ἐνηλλάγη (sic) add μὴ γένοιτο. scil pro οὐ in margine scriptum erat μὴ γένοιτο quod postea in falsum locum receptum est; 33, 6 εἰ ἀνεδέξω: ἐὰν ἐδέξω; 38, 10 ἄτοπον ἂν εἴη τὰ μὲν πετόμενα ἔξω καταβάλλοις ut vid exempl, scil post εἴη exciderat εἰ. ex altero sermone adde ex.gr. 51, 2; 55, 8 (glossam).


Ex his omnibus quae enumeravi mendis nil de genere seu aetate scriptionis colligi licet nisi quod voces in utroque exemplari nondum recte intervallis distinctae erant.

De testibus

Recensionis 𝔅 testes sunt praecipue hi libri septem

Ω	codex Atheniensis Bibliothecae Nationalis gr. 415 membranaceus	saec X-XI
Ξ	codex Vaticanus gr. 1568 (olim 1507) chartaceus	saec XV
Φ	codex Venetus gr. II 183 coll. 1000 (olim Monasterii S. Michaelis Venetiarum prope Murianum 95) in parte membranaceus	saec XI-XII?
U	codex Vaticanus gr. 1857 chartaceus	saec XIII-XIV?
Γ	codex Romanus Bibliothecae Angelicae gr. 69 (olim B 3.3) chartaceus	saec XIII
ξ	codex Athous Laurae 328 (olim Γ 88) membranaceus	saec XIV
d	codex Parisinus gr. 1277 chartaceus	saec XIII

quorum stemma hac ratione delineandum est



videtur textus in Ω ad arbitrium oratoris cuiusdam transformatus esse, in 𝔅¹ simili modo atque in 𝔅 sed multo rarius tractatus, in fonte communi codicum Γξd generisque mixti arte grammatica diligentissime percensitus.

De codice Ω

Codex Ω, praeter codicem A liber omnium vetustissimus, litteris minusculis in binis columnis magna cum cura scriptus est (cf 146 R, p. 73 sq). continet S. Basilii Homilias in Hex novem, in parte mutilas, (fol 1-84), sermonem De creatione hominis primum (fol 84-94v), initium S. Gregorii De hominis opificio libri (i.e. epistulam introductoriam ad Petrum fratrem PG 44, 125A-128B Mignei), deinde aliquot S. Ioannis Chrysostomi homilias. inscriptus est noster sermo τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου γενέσεως ἐν σχιδαρίω εὑρεθείς λόγος ῑ κύριε εὐλόγησον (et in margine λόγος ῑ), Gregorii liber τῶι ἀδελφῶ δούλω θεοῦ πέτρω ἐπισκόπω γρηγόριος ἐπίσκοπος νύσης. in fol. 96v autem haec verba subscripta sunt τέλος τῶν δεκαλόγων τῆς ἑξαημέρου τοῦ ἁγίου βασιλείου: —

Exemplar codicis Ω litteris uncialibus scriptura continua exaratum fuisse ex multis mendis manifestum est. cf confusionem litterarum A et Λ 17, 10; Є et C 19, 9;

Γ et Τ 25, 14; Τ et Ι 31, 6; Γ et Π 35, 2; et cf 17, 13; 20, 3; 30, 2 et 20, 11; 23, 6-7.13; 24, 13-14; 28, 5.8; 35, 3. codex Ω igitur textum ex aetate transcriptionis a manibus correctorum integrum atque intactum tradidit. vetus ille exemplaris auctor quam multa variaverit atque omiserit ut sententias suo et cogitandi et dicendi modo adaptaret, ex unaquaque apparatus pagina apparebit. ut pauca commemorem cf 6, 6-7; 9, 4-5; 13, 7-8; 18, 7-8; 21, 18; 22, 1; ib 3-4.6-7.8-9; 23, 4; 32, 9; 37, 12. is tamen testis est non contemnendus. nam memoriam notabiliorem retinuit primum in verbis titulo adiectis ἐν σχιδαρίῳ εὑρεθείς deinde in lectionibus rectis, si non in aliis at certe in 30, 5 ἰσάγγελος, postremum in magna illa lectione varia 26, 9-27, 1 de locis qui habitantibus carent. tituli additamentum pro certo non scimus utrum significet sermonem a Basilio praeparatum in libello repertum fuisse, an putandum sit librarium nulli exemplari textus occurrisse nisi mutilo cuidam, cuius folia ex compagine codicis evulsa essent. hoc quidem nostra minus interesset, at illud, si credere fas est, nostrae de indole sermonum sententiae gratissimum adfert testimonium. (de notione vocis σχιδάριον vel σχεδάριον cf locos apud Lampe et Liddell atque Scott s.v. laudatos, imprimis Greg. Nyss. ep. 29 (VIII, 2^2 p. 87, 5) et Epiphan. exp. fid. 25 (GCS 3 p. 526, 5.8 de quo cf Gardthausen II p. 279) et Eustath. ed. Rom. p. 961.21). utcumque res se habet de prisca huius additamenti auctoritate non dubito. nam auctor Ω etiam in titulis ad Chrysostomi homilias compositis praedicavit ubi et quando quaeque orta esset. de 30, 5 ἰσάγγελος vide apparatus criticos et fontes (et infra p. CXXX): cognosces aptissimam hanc notionem esse. quam depravatam ne doctissimi quidem recensores restituere potuerunt. unde concludendum est auctorem antiquissimam memoriam aliquo modo nactum esse. neque aliter sentio de

26, 9-27, 1. argumentum in Ω traditum ei simile est quod Procopius ex Origene ut opinor excerpsit. id etsi ad verba 26, 8-9 οὐκ ἐπειδὴ πάσης οὐκ ἔχομεν τὴν χρῆσιν οὐκ ἔχομεν τὸ κυριεύειν πάσης minus quadret at certe ad explicationem versus Scripturae 'Crescite et multiplicamini' pertinet. cum iam supra p. 22, 1 sqq interpretatio ex Origene derivata inveniatur, non alienum est suspicari hic iterum materiam ex illo sumptam subesse.

De recensione $\mathfrak{B}^1$

Recensio $\mathfrak{B}^1$ hoc modo in primo sermone distinctus est. additae sunt particulae seu coniunctiones 4, 11; 8, 15; 9, 1; 22, 2; 25, 3 et articuli 7, 2; 9, 2; 10, 10.13; 14, 3 (!); ib 11; 16, 13; 25, 3; 29, 7 aliaque verba 8, 7; 9, 3; 39, 10 (et vid infr). omissa sunt verba singula 3, 8 (? ἑαυτῶν); 8, 15; 11, 1; 12, 11; 24, 12 (fort ex err); 36, 14; 37, 1; 39, 10 (fort ex err), transposita sunt 10, 1; 13, 5; 20, 17-21, 1; 29, 4; 37, 14; 38, 14; 39, 15. in grammaticis mutata sunt 9, 1; 16, 11; 21, 9; 26, 9.13; 34, 9; 36, 14; 38, 6.10; 39, 3, sententiae variatae sunt 8, 14; 13, 9-10 (ὥστε τὸ τέλειον); 34, 3; 35, 3-6; 39, 10. quorum pleraque $\mathfrak{B}^1$ studiose fecit haud aliter atque $\mathfrak{B}$ cuius tamen consilio atque diligentia omnino videtur carere. neque ullo modo cum $\mathfrak{B}$ comparari potest si ad voces variatas spectamus, quarum $\mathfrak{B}^1$ perpaucas praebet et eas ex errore magis quam voluntate formatas. inter quas varia lectio 30, 5 τέλειος ita eminet ut eam non recensioni $\mathfrak{B}^1$ sed $\mathfrak{B}$ addicendam esse censeam, eo magis quod talis perfectionis notio cum intentione recensoris $\mathfrak{B}$ optime congruit. sunt tamen alii loci de quibus disputari potest. cum non dubitemus quin $\mathfrak{B}^1$ ipse 37, 3-5 membrum ἀπολείπει τι ἀλώπεκος textui aptissime inseruit (cf $\mathfrak{C}$), quid dicimus de 16, 4? potuitne $\mathfrak{B}^1$ post οὐκ εἶπεν 'Ἀρχέτωσαν τῶν συντρόφων ζῴων ἀλλὰ Τῶν ἰχθύων inculcare

ἄλλη γένεσις αὕτη· χερσαία γάρ· ἄλλη γένεσις τῶν ἰχθύων (sequitur in textu ἔνυδρος γὰρ αὐτῶν ἡ δίαιτα) an omisit Ω propter homoeoteleuton? si non haec membra ad $\mathfrak{B}$ referimus recensorem $\mathfrak{B}^1$ eadem sollertia atque $\mathfrak{B}$ fuisse putandum est. num 30, 1 καὶ — ὁμοίωσιν et 36, 5 καὶ ἁπαλῷ σώματι consulto magis quam casu omisit? ut dicam quod sentio: ego ingenio huius recensoris non multum tribuerim.

$\mathfrak{B}^1$ textum prioris sermonis his locis corruptum invenisse ex correcturis cognoscitur: 8, 14 ἀπαίδευτον ἀμαθεῖς: ἀπαίδευτον ἵνα μάθῃς $\mathfrak{B}^1$; 24, 10 ἔτι $\mathfrak{B}$ = Ω: ἐστὶν $\mathfrak{B}^1$ qui aliter distinxit; 32, 18 sq τὸ ὅλον: τῶν ὅλων $\mathfrak{B}^1$ qui add μή. reliqua detrimenta velut 9, 11 ἐκφεύξεται (ἐπιτεύξεται f) et ex altero sermone 53, 8 τελείοις (recte ξfQ); ib 10 (σχολή recte f); ib 11 ἑβδόμης; ib 13 πολλὴν ὕλην; 55, 13 οἶδε: ὁ δὲ; 56, 8 ἔφεσιν; 57, 11 τότε: τὸ; 67, 3 ποιεῖς, praeterea verborum iacturas textus post recensionem factam passus esse videtur. bis numeravi 22 vel 23 litteras amissas (20, 8; 32, 16-17) bis 35 vel 36 (6, 5-6; 30, 1) semel 14 (35, 12) quibuscum confer in altero sermone et 54, 11; 65, 2.15; 67, 1 et 52,2-3; 64, 1-2 et 48, 6-7; 63, 12.14 sq. qua diversitate fortasse indicatur textum huius recensionis plus semel transcriptum esse priusquam ad testes nostros deveniret. de aetate ipsa ex his mendis nil cognoscitur. sed restat unus locus qui nobis adiumento esse potest. omissa sunt enim in $\mathfrak{B}^1$ verba 30, 6 ἵνα μὴ ὥσπερ εἰκόνες — 31, 3 θαυμάζεις id est simile illud pictoris (cf Cic De nat deor II 87) quem locum teste Nicephoro patriarcha Iconomachi cum aliis locis excerptis in concilio suo anno 815 habito proposuerunt (vid app test). utrum hic locus tum primum contra eos qui imagines verebantur prolatus esset an ex vetustiore florilegio anni 754 collecto repetitus, nondum exploratum est (cf P. Alexander o.c. p. 52 adn. 1), sed hoc persuasum habeo recensorem $\mathfrak{B}^1$ verba

suppressisse consulto, ne adversariis ansam daret neu locum ut ei videretur interpolatum admitteret. si enim in haec verba qualia quidem a Nicephoro referuntur suspiciosus erat, recte fecit, quoniam ea admodum immutata sunt. sed de his rebus vide infra p. CIII sq. nunc ad testes ipsos.

De familia ΞΦ(U)

Ξ Iam supra (p. XLI) de codice Ξ mentionem feci. liber satis nitide scriptus et ornatus est, mendis orthographicis scatet (cf 723R, p. 161-63). continet S. Basilii Homilias in Hex IX versiculis subiunctis (fol 106v) Τῶν ἡμερῶν ἐξ Βασιλείου τοῦ πάνυ, εἴληφεν ἐξήγησις ἐνθαδὶ τέλος, S. Gregorii Nysseni librum De opificio hominis subfixis iambis (fol 193v) καὶ γρηγοριου τοῦ σοφοῦ πέρας φθάνει ἔκφρασις ἀνθρώπου νῦν ἠγλαισμένη (α sscr), sermones De creatione hominis, S. Basilii Homiliam In illud In principio erat Verbum, varia variorum. extant sermones nostri fol 194-208v et 210-222 inclusi, folium 209 (sicut fol 107 al) vacuum est. titulus legitur primi sermonis τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν βασιλείου ἀρχιεπισκόπου καὶσσαρείας καπαδοκίας· λόγος περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου γενέσεως. in margine dextro scripsit manus prima λόγος α΄. titulus alterius sermonis non differt nisi in orthographicis. in margine superiore manus prima addidit β̄. scriba codicis ipse interdum errores itacismo ortos correxit, corrector eiusdem aetatis (Ξ^2) idem fecit, sed uterque plurima neglexit. variae lectiones in Ξ perrarae sunt, neque multa desiderantur. textus igitur in hoc libro integrior est quam in cognato eius Φ.

Φ Codex Φ nihil praeter S. Basilii Homilias in Hex IX et sermones De creatione hominis complectitur. erat inter libros sedecim quos Ioannes-Benedictus Mitarellius ex bibliotheca Francisci Barbari Veneti coenobio suo se

acquisisse gloriatur (cf 853R, p. XVII et 470). Franciscus autem Barbarus in fronte libri indicat se codice donatum esse Idibus Januarii MCCCCXXIII a Demetrio Filomathi vicino suo. Mitarellius qui alias adnotationes Barbari studiosissime indagare solet, de Demetrio illo tacet neque hunc librum diligentia sua perscrutatus esse videtur. imaginibus foliorum 83-103 inspectis hoc de sermonibus nostris indicare possum. extat sermo primus cum titulo καὶ εἶπεν ὁ θεός ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατεἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθομοίωσιν (et in marg sup λόγος ῑ ὁμιλία ῑ) in foliis 83-92v binis columnis ductu vetustiore inscriptus, desinit mutilus. sequuntur folia 93-96 vacua, nuper ut videntur asserta, ut numeratio pristina conservaretur. nam Mitarellius aliquod folium versus finem ut ipsius verbis utar desideravit. sermo alter incipit mutilus fol 97, inde textus usque ad finem percurrit integer quidem sed non continenter a prima manu exaratus. nam pro foliis 99, 100, 103 alia quaedam pervetustae membranae a recentiore manu rescriptae suppleta sunt. manum primam, quem Φ appellavi, saeculi XI-XII fuisse arbitror, manum recentiorem, quam φ nuncupavi, saeculo XIV cui Mitarellius totum librum adscribit dare non dubitarem nisi una res obstaret (de qua vide infra p. LXXXIV).

Scriba Φ saepe in orthographicis peccavit. interdum aut ipse aut aequalis quidam textum purgavit; sed plurimos errores manus altera et ipsa ut videtur vetus correxit, quam Φ² nominavi. ea praeter menda grammaticalia paucos locos sua sponte emendavit. propria codicis Φ inveniuntur ex.gr. in 6, 1-2; 10, 12; 18, 2; 23, 4, quae omisit, et 4, 8 (et P); 12, 4; 19, 7 (et PSD); 20, 1; 26, 6; 27, 11; 28, 9, quae variavit. (in unoquoque loco accedit U.) scriba φ textum tamquam ex eodem fonte sibi adscivisset similem tradidit atque Φ. pauca coniecit, propter stilum scilicet, perorationem elaboratam subiun-

xit. eum ab exemplari vetusto pendere fortasse indicat forma litterae β pristina quam φ in 57, 13-14 ἀπολαβεῖν et in 59, 3 ἐμβάλλει imitatus est.

U De codice Veneto descriptum esse puto codicem U, librum nunc madore miserrime confectum, cuius auctor in scribendo tantopere variavit cum litteras modo spatiosius modo densius coniungeret, ut paene desperes aetatem eius explorare posse. in inventario codd mss Vatican 1501-2303 hunc librum saeculo XV addictum invenis. codex continet praeter excerpta brevia et laudationem Basilii ab Amphilochio compositam S. Basilii Homilias in Hex IX (fol 24-94v) deinde (a fol 95) sermones De creatione hominis (quorum alter desinit mutilus fol 108; fol 108v-110v vacua relicta sunt) post S. Gregorii Nysseni De hominis opificio librum mutilum (fol 111-139) postremo homilias Basilii varias. auctor codicis sermones nostros tamquam opus diversum introduxit. nam Basilii homiliis in Hex subscriptionem ornamentumque subiunxit, quibus finem operis indicaret et inscripsit sermonem De creatione hominis primum verbis καὶ εἶπ[εν ὁ] θεὸς ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν alterum autem τοῦ αὐτοῦ λόγος β̅ περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου γενέσεως nec non in margine superiore fol 104 adnotavit λόγος ᾱ quoniam in eodem folio sermo primus terminatur. (ex eo quod Gregorii opus inscripsit τοῦ αὐτοῦ γρηγορίου νύσης nil concludi potest. neque scimus an Gregorii nomen in fol 94v inferiore ubi unus versus evanuit olim inscriptum esset.) sed rubricator sermones alio modo numeravit. addidit enim supra titulos λόγος δέκατος (fol 95) et λόγος ἑνδέκατος (fol 104).

U non solum in titulo primi sermonis sed etiam in textu ad litteram cum codice Φ congruit. pauca stilo volante depravavit, pauca correxit vel sua sponte variavit: 3, 3 καὶ om U; ib 4 ἑαυτοῖς ΞΦ: ἑαυτοὺς U; 6,9 θεῷ· πῶς μέλλει: οὐρανοῦ τῶ κάλλει U; ib 10 post ποιή-

σωμεν add ἄνθρωπον Φ solus, om U fort quod ultimum verbum in pagina exemplaris neglexit; 8, 4 prudenter om ὑπόστασις U; ib 5 add ἡ ante θεότης U; ib 7 ὁρῶ: θεωρῶ U; ib ταῖς ante τρισὶν ὑποστάσεσι om U; 9, 10 καὶ — πλεῖον: τὸ πλεῖον U; 12, 4 ἀρχοντικὸν U; ib 7 ἂν U; 14, 2 ἐπιθυμείσθωσαν U; 21, 11 φθειρομένης: εἰρημένης U; 24, 7 πλέον U; 27, 5 κτίσαντος: πλαστουργήσαντος U; 28, 3 δεξώμεθα fort ex corr U; 29, 2 διορθοῦμεν U; 35, 11 ποιοῦσαν recte U; 51, 18-20 ἦν ἡμῶν coll U; 53, 1 post αἱρετὰ add ὄντα U. eodem loco textus in U deficit quo in Φ (fol 98v) his verbis δικαιοσύνης εἴσοδος p. 55, 10-11. U cum damnum animadvertisset conclusionem addidit ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν τῇ αὐτοῦ ἀγαθότητι sed nihilominus aliquot folia vacua reliquit nescio qua ratione nisi ex foliis 101 et 102 in codice Φ conservatis spem cepit se partem amissam alibi reperturum esse. si re vera U textum ex Φ sumpsit hoc prius fecit quam folia 93-96 ex Φ perdita foliaque 99, 100, 103 a manu φ suppleta sunt. aut φ non est saeculi XIV ineuntis ut prima specie videtur sed aliquanto recentior aut U saeculo XIII-XIV — id quod maluerim — addicendus est. neque aetas correctoris Φ² certa est, cuius correcturas U nondum legit (cf 8, 4). utcumque res se habet, nil obstat quin U eliminemus ubi Φ integer est, ubi Φ corruptus, supponamus. textus igitur huius memoriae ex tribus fontibus, Φ φ U, nobis colligendus est.

E consensu codicum ΞΦ(U) quem hic ostendere supersedeo apparet exemplar huius familiae commune nonnumquam depravatum sed perquam raro interpolatum fuisse. ab eo plurimum differt exemplar alterius familiae, ut mox videbis.

De familia Γξd fQh

Fons codicum ΓξdfQh detegitur ubicumque codices Γξd cum uno aut duobus aut omnibus generis mixti

testibus congruunt. id saepissime accidit, et facile poteris hunc fontem inspicere, si modo in apparatu critico consensum Γd persequeris, simul et excipies menda eorum propria quae infra enumerabo. auctor fontis textum tanta cura atque diligentia rursus persensuit ut eum una cum W, Θ, PS, D in numero virorum doctorum non possimus non habere. mirum est quam saepe ille διορθότης ut videtur Byzantinus in textu iterum atque iterum recensito offenderit, quam multa putaverit emendenda, pleraque minutiora. ut pauca exempla commemorem, confer quae studiose omisit 24, 5; 54, 9; 57, 14; 64, 8, quae variavit 3, 9 et 9, 4; 5, 15; 16, 16; 46, 8-10; 47, 11; 54, 2-5; 55, 1; 56, 10; 59, 1-3.9.14; 60, 15-16; 62, 12-14; 67, 13; 68, 14, quae variata propter genuina inseruit 36, 3-4 (Γξd); 42, 9; 50, 5 (? ὡς εἰς ΓξfQ); 63, 3(?), quae suo modo restituit 16, 7-8; 26, 1; 34, 6-7; 35, 7-8; 38, 10; 45, 5; 48, 11; 57, 12; 63, 12-14. ubi ordo verborum turbatus est aut verba commutata vel ex errore omissa sunt, velut 5, 12; 10, 6; 29, 6; 54, 10 et 6, 16; 19, 14; 27, 13-14; 28, 2; 32, 10-11, non recensorem accuso sed alios librarios seu prioris seu posterioris aetatis. corruptelae recentiores sunt 34, 11 ὁμοία (recte fh): ʼμία Γ μία ξQ μία ἐστὶ d; 65, 15 πραγματεῖα (recte ξfh): πραγματεῖ ὦ Γ Vat 1912 πράγμα scr et spat 5 litt reliqu Q ἐφʼ ὦ d. quarum ex altera nescio an concludendum sit exemplar litteris minusculis esse exaratum.

Codices Γξd et codices fQh ad diversa exemplaria proxima reducendi sunt, quorum alterum ab altero in ultima sermonum parte inde a p. 54, ubi fQh a studio miscendi desistunt, clarius distinguitur. ibi Γξd communicant haec: 59, 16 οὐκέτι: οὐκ ἔστι Γξd; 63, 10 φέροντα: φέροντι Γξd; 69, 1 οὐχ om Γd et ξ ut vid prius, postea scr οὐχ ὁρᾶ in ras quatt litt; 70, 4 ἄνωθεν: ἄποθεν Γξ ἀπαθὲς d ex coniectura. fortasse addenda sunt 55,

5-6 τῆς αἰχμαλωσίας ξ de Γd vid app; 65, 5-6 ἀνδρείαν τοῦ: ἀνδρείαν Γξ ἀνδρείου d, quibus locis exemplar commune correcturas praebuisse videtur (cf 8, 5 οὐ om Γξ sscr ξΓ² scr οἱ d). ex his mendis existimandum est de ceteris lectionibus quas nemo praeter Γξd praebet, quarum tamen maiorem partem ad exemplar totius familiae referendam puto. confer ipse: 3, 4 (ποιῆται ξ); ib 5 ἄλλους ὁρῶν; 4, 4.5.12; 5, 11 add καὶ; 6, 13; 7, 3.10; 8, 5; 11, 9 ῥήματα; 15, 12; 17, 2 bis; 18, 13 add ὤν et om ὥστε — ζῴων; ib 14 bis; ib 15 ὥστε μὴ; 19, 2 om τὸ; 22, 10; 24, 3; 25, 10-11 (διελευσμένος scil minusc litt mut); ib 11-12 (ξ = d τὴν ἐξουσίαν fQ); ib 12 ὑμῖν; 26, 8 (κυρίους ξ sed ου fort in ras scr); 27, 5 (ξ = Γ); 39, 9 (ξ = Γ); 41, 10 εἰ; ib 12; 42, 9 γενόμενα; 47, 7 ἔτι; 50, 2.12 add ἦν post γὰρ alt; 52, 3-6 τοῦ βίου ἀπολ. coll; ib 11 (ἰσχυροτέρων ξ recte sed χυρ ex corr); 53, 10 λέγειν ἐνὸν ξ = Γ. exemplar codicum fQh in eum locum differam, ubi de genere mixto agam. hic descripto codicum Γξd sequatur.

Γ Codex Γ Angelicus (de quo cf 743R, p. 120 sq) continet S. Basilii Homilias in Hex IX (fol 1-57v) deinde sermones De creatione hominis (fol 57v-65 et 65-72). titulus primus est τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς alter τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς λόγος β^{ος}. post sequitur S. Gregorii Nysseni liber De hominis opificio denique duo S. Io. Damasceni opera. manus nitida codicem exaravit et litteris rubricatis ornamentisque decoravit. lemmata quoque quae in textu occurrunt minio depicta sunt. scriba litteras consonantes σ et ρ interdum duplicavit, iota littera bis adscripta exemplar suum vetustius fuisse patefecit. unde textum fideliter deprompsit cum praeter errores velut 6, 11; 32, 4; 47, 8; 57, 3; 62, 5.6; 63, 1.8.9; 67, 3; 68, 13 paucas lectiones variatas induceret, 7, 12; 10, 10; 12, 11; 16, 2; 21, 5 bis; 34, 6-7 (add τὴν); 46, 12; 60, 5 (et O!); 70, 3.8. compluribus locis litteras erasit novasque

inscripsit, sed nihil aliud curavit nisi errores corrigendos. neque multa correxit manus altera quam Γ² nominavi.

Vat. 1912 Gemellus codicis Angelici est codex Vaticanus gr. 1912 membranaceus ex variis codicibus diversae aetatis conflatus. extat ultima pars alterius sermonis De creatione hominis inde a verbis ὡς ἐκ προσώπου (cf p. 56, 13) usque ad finem in foliis 134-137v, quae olim 142-145v numerata erant, a manu saeculi XIII nitide exarata. praecedit nunc S. Gregorii Nysseni liber De hominis opificio ab eadem manu scriptus, qui multis foliis amissis misere mutilatus desinit in folio 133v verbis τὸ μηδὲ τοῦτο τῆς θείας (cf PG 44 col 225 B 2 Mignei). Vat 1912 et Γ semper fere inter se congruunt sed neque Vat 1912 de Γ descriptus est, ut propriis codicis Γ supra enumeratis probatur, neque Angelicus apographon est Vaticani qui solus 56, 18 add τοῦ ante λαμεχ; ib 18 sqq pro κυρίου scr θεοῦ; 59, 16 non add ἢ; 60, 11-15 pro ἐπεισελθοῦσα scr ἐπεισελθούσης; 63, 11 πλήθει in πληθετοτ vel sim deprav; 64, 11 non add λαβὼν (cum ξ et f). iam vides cur codicem Vaticanum eliminandum putaverim.

d Codex d Parisinus inter miscellanea exhibet tria opera in Hexaemeron scripta secundum ordinem nobis iam notissimum, S. Basilii Homilias novem, sermones De creatione hominis (fol 46-54v), S. Gregorii Nysseni librum De hominis opificio, (cf 58 R, t. I p. 284-285). librarius d sermones nostros eisdem titulis atque Γ inscripsit, sed ad primum titulum in margine addidit ὁμιλία[(quae secuta erat numeri nota, in imagine non legi). textum exaravit litteris minutis crebrisque compendiis. eum exemplar non multo antiquius inspexisse ex mendis 10, 4; 11, 6; 53, 8 et 56, 10; 55, 10 et 63, 2 verisimile est. ut haec ita alia verba propter nimiam scribendi celeritatem pessumdedit aut omisit. sed nonnulla consulto variavit, ex.gr. omisit 14, 8; 21, 10 et 27, 5 (με)

dictionis causa, 23, 9-10 et 38, 2-3 quod corruptelas sensit, 35, 10-36, 1 fortasse ne furtum matronae nimis laudaretur. complura Scripturae lemmata complevit, addidit alia verba imprimis articulos (an solus recte 59, 6?), mutavit ordinem verborum 13, 2 et 20, 16; 17, 5 (δὲ) et 68, 7-8. ubicumque varias lectiones intulit eum ab origine memoriae longius discessisse manifestum est. prorsus et ille se praestat recensorem.

ξ Codex ξ aeque ac Γ et d complectitur S. Basilii Homilias in Hex IX (fol 1-55r, fol 55v vacuum est), sermones De creatione hominis (fol 56-67), S. Gregorii Nysseni librum De hominis opificio (inde a fol 67). alia sequuntur (cf 195 R, p. 45). tituli sermonum nostrorum iidem in ξ atque in Γd leguntur sed super verba περὶ τῆς τοῦ primae inscriptionis corrector aequalis addidit ἁγίου βασιλείου et manus tertia recentior in margine superiore decem circiter litteras rudi calamo scripsit quarum priores β βασι legi possunt. eadem manus in margine fol 55v exaravit καὶ ὁ κύριος ἡμῶν. scriba codicis textum pulchris litteris minutissimis diligenter reddidit et in scribendo emendavit rasuris adhibitis. corrector si omnino alter fuit textum iterum percurrit ut verba omissa in margine adiceret. ξ ut in titulis ita in textu semper fere cum Γd consentit, ubi discrepat partim suum ingenium partim exemplar sequi videtur cuius correcturas fortasse diligentius quam cognati sui comprehendit. cf 2, 2 ξ = ΩΞΦ; 10, 3 ἐκπίπτον ξ = 𝔄 -πίπτ- in ras scr vid; 12, 13-14 οὐ διαλέγει ξ = Ξ; 17, 14 ἀλώσιμον ξ = 𝔄 ex ἀναλώσιμον corr; 20, 3-4 καλάμοις καλάμους coll ξ = T, -ου- fort ex corr; 22, 1 αὐξάνη recte ξ = TXS; 26, 8 vid p. LXXXVI; 27, 12 ἀπόδειξις ξ = 𝔄; 46, 2 add τῆς ξ = TX; ib 8-10 αὐξάνεσθε recte ξ = U; 52, 11 vid p. cit.; 64, 11 non add λαβὼν ξ = f et 𝔄; 65, 15 et 69, 1 vid p. LXXXV; 70, 5 προέβαλλε ex -βαλε corr; 72, 4 παρέχῃ ξ = φ. prudenter coniecit 12, 7: ubi σαρκὶ in 𝔅[1] omissum

est, ξ pro θηρίου (alt) scripsit θηρίῳ ut dativum casum adiungeret; 41, 10 pro αὐτῷ scripsit αὐτοῦ quoniam μιμνήσκῃ pro ἐγνώσθης invenerat. propriae codicis ξ lectiones paucae et leves sunt velut 4, 9 ἡμῶν: ὑμῶν ξ; 26, 5 ἐπληρώσαμεν: ἐπληρώσατε ξ; 36, 2 ἑαυτῆς τὴν: τὴν αὐτῆς ξ. testis fidelis certe utilior quam d est ad fontem demonstrandum. quod tamen d in apparatum criticum accepi, eo consilio feci ut in textu 𝔅 describendo quam plurima transformationis momenta exponam.

ed. Constant. 1807 Codicem ξ fortasse cognovit Gregorius archiepiscopus saeculi XIX cum Athoum montem visitans a monachis S. Basilii Homilias in Hexaemeron recitari audivit. qua lectione ille tantopere delectatus est ut homilias in neograecum sermonem verteret. quamquam plurima simpliciora reddidit, tamen exemplar eius librum familiae 𝔅[1] fuisse elucet. atque congruunt tituli sermonum περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς cum codice ξ sed differt enumeratio, ὁμιλία ι et ια. archiepiscopus anno 1807 interpretationem suam 'ἐν τῷ τοῦ πατριαρχείου κωνσταντινουπόλεως τυπογραφείῳ' prelo submisit.

De genere mixto

In omni sermonum nostrorum memoria quamvis longe lateque diffusa non multi sunt codices contaminati. iam mentionem feci de S vel eius cognato unde Π et MLK et ML lectiones varias sibi adsciverunt, commemoravimus etiam Mos qui ex 𝔅 pauca accepit et D qui scholium eiusdem originis in margine exaravit. quibus accedet infra J, accedet MLK qui initio primi sermonis recensionem 𝔈 tantopere spoliavit ut pro teste recensionis 𝔑 per complures paginas haberi non possit. denique novimus Ξ primum memoriae 𝔅 post codici Θ adhaerentem. ab iis differt hoc genus mixtum peculiaris indolis.

Testes sunt praecipui

Q	codex Lesbicus Mytilenensis Monasterii S. Ioannis 6 membranaceus	saeculi XII
f	codex Parisinus graecus 956 chartaceus	saeculi XIV
h	codex Monacensis graecus 570 chartaceus	saeculi XIV

accedunt

Buc	codex Bucurestensis Academiae Romanae graecus 559 chartaceus	saeculi XV
O	codex Parisinus graecus 968 chartaceus	saeculi XV

qui libri duo aut ex h ipso aut ex eius gemello derivati praeter proprias coniecturas nil fere conferunt.

Q et f et h eosdem duos fontes miscuerunt quorum unum iam supra (p. XLIV sq) ad familiam ChMoshQf rettuli et nunc siglo α significo, alterum modo (p. LXXXV) ad familiam ΓξdfQh constituendam adhibui et hic compendio β laudo. quos fontes Q et f et h alius aliter tractabant. nam f cum fonte β saepissime congruit, pauca ex fonte α admiscuit, Q qui primam partem ex α hausit postea lectiones ex β magis magisque accepit, in h autem memoria fontis α plurimum praevaluit. sed in ultima parte alterius sermonis omnes tres testes fontem α omnino destituerunt quo factum est ut Q inde a p. 53, 3, h inde a p. 54, 3 fontem β tam fideliter quam f quin etiam fidelius sequeretur. fontem igitur codicibus ChMos cognatum (i.e. α) h optime testificatur qui neque multum ex suo affert et lectiones alterius fontis ita admiscere solet ut plerasque facile separare possis. neque Q spernendus est ubi primo fonti adhaeret. codex f quamquam raro vestigia huius fontis specialia praebet tamen neque


cum TXY neque cum PSD contra AWΔΘChMos conspirat. fons autem β codicibus Γξd familiaris, qui titulum περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς cum illis communicat et clare in ultima alterius sermonis parte apparet, antea plerumque ab f interdum ab Q perraro ab h repraesentatur. secundum hanc rationem familias supra constitui, haud aliter hoc loco fontes proprios erutura sum.

Cognoscitur fons α his locis: 3, 7 ἕκαστον ἡμῶν αἴτιον coll ChMos cum plerisque: ἕκαστον αἴτιον ἡμῶν coll h (αἴτιον ἕκ. ἡμ. prius sed corr) Qf 5, 4 ἐξεῦρον recte h (ο in ras scr vid) Qf et PΩ: ἐξευρεῖν ChMos cett; 12, 8 προσβαλλομένη ChMos cum plerisque ex 𝔄: συγκρινομένη 𝔅 παραβαλομένη hQ (-βαλλ-) f; 20, 3 ἀδολέσχην f al: ἀδολεσχεῖν ChMos al ἀδολεσχοῦντα hQ et PSD; 35, 6 φύσει recte hQ al: φύσιν ChMos (sed corr) al, f var cum 𝔅; ib 7-8 μιμήσασθαι δύναται ἄνθρωπος Ch al: δύναται μιμ. ἄνθρ. Mos μιμ. ἄνθρ. δύναται hQ et T, f var cum fonte β; 44, 4 ὑποστάσεως ἡμῖν coll 𝔄 ἡμῖν ὑποστάσεως coll hf ἡμῶν ὑποστάσεως Q cum 𝔅^1; 51, 6 τοιαῦτα recte hQ al: τοιαύτη ChMos al, f var cum 𝔅^1; 52, 2 ἐξεπέσαμεν ChMos al f𝔅^1: ἐξεπέσομεν hQ al. nescio an addendum sit 28, 8-9 διὰ τί — ὁμοίωσιν om hQ et Y cf ΞΦ.

Cognoscitur fons β his locis: 11, 4 add πρὸς ante τὸ ἐρυθρότερον h'Q; 17, 5 ἀπήρτηνται h cum fonte α et 𝔄𝔅 ἀπαρτῶντες fQ; ib 12 add καὶ ante πελάγη fQ; ib 13 post ἔχον add τὸ κῆτος fQ (cf D); 23, 13 add τῆς αὐζήσεως ante τῆς ἡλικίας fQ scil ex 12 falso; 24, 10 ἡ σὰρξ ἔτι 𝔄: ἔτι ἡ σάρξ ἐστιν Ω ἐστὶν ἡ σὰρξ· ἔστι 𝔅^1 ἐστὶν ἡ σὰρξ fQh; 25, 11-12 τῇ ἐξουσίᾳ 𝔄ΩΞΦ: ἐξουσία Γ ἐξουσίαν dξ (-αν fort in ras scr) τὴν ἐξουσίαν fQh; 61, 15 post εἶπε add με 𝔅^1 add μοι fQh; 63, 12-14 in var 𝔅^1 φοροῦντας φ φορούντων Γξdf φοροῦντα Qh; 64, 3 οἷς πάντες προσαγορεύουσιν αὐτῷ Γξd οἷς π. πρ. αὐτὸν fQh.

E quibus constat exemplaria non multis coniecturis aut correcturis praedita fuisse priusquam in manus con-

taminatorum devenirent. ea iterum liceat in stemmate inclusa ante oculos ponere



fontibus sic perspectis nunc diligentius in codicum indoles inquiramus.

f Codex f olim Cardinalis Ridolfi gr. 45 nunc Parisinus (de quo vide 58 R, t. I p. 184, D. Amand op. p. CXXI cit. p. 9) litteris minutis nitidisque exaratus est et mirum in modum ab eodem scriba qui etiam codicem h Monacensem exegit. liber continet S. Basilii Homilias in Hex IX, sermones De creatione hominis, S. Gregorii Nysseni tractatum De hominis opificio, alia Basilii opera. sermo noster primus fol 73 sub versu nunc eraso qui olim nomen auctoris praebuisse videtur incipit hoc modo cinnabari inscriptus περὶ τῆς κατασκευῆς τοῦ ἀνθρώπου, sermo alter habet titulum similem τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς. explicit fol 90v.

Auctor f textum maxima prudentia constituit. nam ad fontem α non recurrit ut textum amplificaret sed emendaret. plerumque singula verba decerpsit permutavitque ex.gr. 8, 14 ἀμαθεῖς περὶ θεοῦ ὑπολήψεις; 19, 5 ἀναπνοήν; 26, 13 ἐπιμέμικται; 27, 14 μή f et h cum 𝔄: τί οὖν 𝔅 τί οὖν μή Q; 45, 8 πῶς; 52, 9 μετέχειν; 53, 10 εἴ τῷ σχολή. fonte α admonitus etiam nonnulla secrevit velut 2, 6 non habet φυτῶν post γῇ; 8, 5 non habet πρόσωπον — ἰδία υἱοῦ; 44, 6 non habet συνέτισον — σου. tres partes maiores ex fonte α hausit 11, 9-11 πρὶν — εἰκών; 17, 1-4 πῶς — κητῶν (sed post ἄρχεις add τῇ ἐπινοίᾳ); 18, 13-15 φορητὸν-λέοντος (vid app de𝔄). compluribus locis fontem

β transcendens integriorem recensionis seu 𝔅 seu $\mathfrak{B}^1$ memoriam attigit, cf 16, 1 τοῦ θεοῦ ἡ εἰκών f cum ΩΞΦ, h = 𝔄, Q = Γξd; 29, 2-3 ἐκ γὰρ τῆς f cum ΩΞΦ, h = 𝔄, Q = Γξd; 36, 14 sq in var 𝔅 τρέφεις f cum ΩΞU, h = 𝔄, Q = Γξd; 45, 5 παρεδήλωσεν f cum U, h = 𝔄, Q = Γξd; 47, 7 ἀπέστη Qh = 𝔄: ἔστη f cf U ἔτι Γξd, sed f add αὐξούμενος cum Γξd add αὐξανόμενος U; 50, 12 γὰρ ἐπιτήδευσις ἦν f cum Φ, h = 𝔄, Q = Γξd; 52, 3-6 in var $\mathfrak{B}^1$ ἀπολαύσεις τοῦ βίου f cum Φ, Qh = 𝔄; 53, 10 vide p. CXXXI; 55, 1 ἐξῆν f recte, Qh = Γξd; 59, 14 nil add f post θεός, Qh = Γξ; 60, 15-16 ὅταν ἀκούσῃς f recte, Qh = Γξd; 63, 10 πολυτιμήτων f cum φ, Qh recte; 71, 3 περιτείνεις f cf φ, h = Γξd (Q deest). postremo auctor huic mixturae coniecturas proprias intulit velut 2, 7 post γενέσεως add καὶ ἀποσκευῆς 𝔅 add καὶ κατασκευῆς f cf titulum; 9, 11 ἐφίξεται 𝔄ΩQh: ἐκφεύξεται $\mathfrak{B}^1$ ἐπιτεύξεται f; 12, 13-14 διὰ τί οὐ λέγει Qh cum fonte α recte: οὐ διαλέγεται f; 18, 12 vide p. CXXXII; 63, 8 post τινα add τῶν ἐπὶ ἀξιώμασιν ἐφ' ἑαυτῷ $\mathfrak{B}^1$Qh add τῶν ἐν ἀξ. ἐφ' ἑαυτῷ f; 67, 2 βλέπει (vid $\mathfrak{B}^1$) om f solus (Q deest).

Q Codex Q Lesbicus characteris rotundis pulcherrime scriptus et pretiosis ornamentis decoratus est. liber ab A. I. Papadoulos-Kerameus diligenter ut credo descriptus est (508 R, p. 147). quam descriptionem Wernerus Jaeger nescio qua ratione vituperandam habuit (vol II^2 p. XXVII sq) nisi quod numeratio et amissione foliorum turbata est neque ex imaginibus restitui potest. inspexi folia luce depicta viginti et unum (hoc ultimum in parte antica tantum) quibus extrema verba S. Basilii operis in Hex et sermones De creatione hominis usque ad p. 66, 2 παρα[τηρήσεις] includuntur. manus recentior quae unicuique parti huius codicis numerum foliorum adnotavit ad primum sermonem scripsit φυλλ ιβ ad alterum φυλλ θ. ex eo concludo sermonem alterum in codice mutilum desinere verbis

circiter ἡδονῆς ἀπόλαυσις (= p. 66, 15). pro certo scio S. Gregorii Nysseni tractatum De hominis opificio post nostros sermones extare; utrum initio mutilus an integer sit, nescio. titulus primi sermonis nostri legitur τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν γρηγορίου ἐπισκόπου νύσσης, ὁμιλία περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς. ab eadem ut videtur manu in margine A littera capitalis ductu qui dicitur Cyrilli adiecta est, cui litterae manus recentior (?) superscripsit η ut πρώτη legeretur. alter sermo titulum τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς, ὁμιλία δευτέρα prae se fert.

Auctor Q qui primo exemplar α amplexus est inde ab 10,10 exemplari β tantopere delectabatur ut textum suum ex eo amplificare constitueret. paulo post, inde ab 15, 12, hunc novum fontem etiam libentius sequebatur. tamen priorem fontem non repudiavit sed nonnulla verba inde decerpsit nec non membra integra velut 36, 2-8 (ἁγνείας iterum ex β sumpsit); ib 12-13; 39, 1-4 et 6-7. facile cognoscitur eum ubicumque de lectionibus alterius fontis dubitaret vel aliquid desideraret ab altero fonte auxilium petivisse. exempli gratia 51, 8 sqq ad litteras subiciam.

ἀλλ' οἵα μέλλει εἶναι μετὰ ταῦτα ἡ ἀποκατάστασις, τοιαύτη ἦν ἡ πρώτη γένεσις. || ἐπανέρχεται δὲ ὁ ἄνθρωπος ἐπὶ τὴν πάλαι αὐτοῦ κατάστασιν, *τῆς πονηρίας ἀφέμενος. τὴν πολυμέριμνον ταύτην || τοῦ βίου διαγωγὴν· καὶ τὴν πρὸς τὰ βιωτικὰ προσπάθειαν καὶ δουλείαν *ἀποθέμενος, ἐπὶ τὸν ἐν παραδείσῳ ὑποστρέφει βίον. || ἐκεῖνον τὸν ἀδούλωτον τοῖς πάθεσι τῆς σαρκός· τὸν ἐλεύθερον· τὸν τῷ θεῷ συνόμιλον· τὸν ἀγγέλοις ὁμοδίαιτον. ταῦτα τοίνυν εἴρηται ἡμῖν, οὐκ ἐπειδὴ ἀποκλείειν θέλομεν τῆς δεδομένης ὑμῖν (sscr η m pr) παρὰ θεοῦ χρήσεως τῶν βρωμάτων· ἀλλ' ἵνα τὸν παρελθόντα μακαρίσωμεν χρόνον. οἵα ἦν ἡ ζωή· ὅπως ἀπροσδεής· πῶς ὀλίγων ἐδέοντο πρὸς τὴν τοῦ βίου διαγωγὴν οἱ ἄνθρωποι· || ὅπως ἄλυπος ἡμῖν ἦν ἡ ζωὴ καὶ ἄμοχθος· καὶ πῶς τὰ νῦν στενάζοντες ταλανίζομεν τὴν πολύυλον καὶ πολυμέριμνον ταύτην ζωήν. πῶς τῷ ποικίλῳ τῆς διαίτης, ἡ τῆς ἁμαρτίας εἴσοδος συνεισῆλθεν. ἐπειδὴ γὰρ τῆς ἀληθινῆς τροφῆς τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ ἐξεπέσομεν ||, νενοθευμένας τροφὰς ἑαυτοῖς ἐπενοήσαμεν. καὶ ἐπειδὴ οὐκέτι βλέπομεν (κτλ. duplici virgula transitus significavi, asterisco autem lectiones proprias).

ecce quae facta sunt: ubi β 51, 3-9 καὶ οἷα — γένεσις omisit, Q fideliter secutus est α. in 11 scripsit τῆς πονηρίας solus (et D). iam magis placuit lectio τοῦ βίου διαγωγὴν in β quam ζωὴν in α. itaque Q ταύτην τοῦ βίου διαγωγὴν composuit. item ex β sumpsit 12 πρὸς τὰ βιωτικὰ προσπάθειαν καὶ δουλείαν quo vis orationis augeretur, solus omisit ταῦτα πάντα et 13 τῷ ante παραδείσῳ omisit cum f. deinde Q iterum se vertit ad α cui adhaeret usque ad 20 ἄνθρωποι ubi ea quae β addidit ὅπως ἄλυπος — ταύτην ζωήν accipit. nunc igitur apud β manet usque ad 52, 2, sed verba νενοθευμένας — ἐπενοήσαμεν in β omissa Q ex α describit. et consequenter in describendo α perseverat usque ad 11 ubi εἰς ἀπόλαυσιν displicet. qua de causa Q cum β illa verba omittit. et pergit una cum β usque ad 18 ἀποπεμψώμεθα. deinde ad α revertitur fortasse abhorrens ab iis quae β 53, 2 adiecit. contaminationem huiusmodi usque ad p. 53 quaevis pagina docet. praeter ea quae conflavit auctor Q pauca ex suo intulit velut 16, 4 pro ἔνυδρος scripsit οὐ χερσαία ut lectionem ex β acceptam aptius connecteret; 20, 7 post ὀρνέου add τηρήσας β add τηρήσαντα Q; 42, 9 in var 𝔅 μόνῳ: θεοῦ Q; 45, 6 post γῆς add καὶ ἔπλασε ταῖς ἰδίαις χερσὶν Q; 53, 10 vide p. CXXXI λογιζέσθω Q coniectura optima: 56, 18 sqq in var $\mathfrak{B}^{1}$ οὖν: τοίνυν Q; 61, 7 in var $\mathfrak{B}^{1}$ οὐδενείας: ἀσθενείας Q. quam cautus scriba fuerit iam supra p. LXXXV ex 34, 11 et 65, 15 intellexisti, adde 10, 2-3 ubi Q corruptelam suspicatus verba ἀναφὲς (vel potius ἁφαῖς cum ChMos) — κατάληψιν omisit spatio relicto. sed interdum dormivit, ex.gr. 48, 16-17 omisit totum lemma quo novum argumentum introducitur; 56, 17 pro καὶν scripsit πέτρου.

h Codex h maxima ex parte ab eodem scriba quo codex f exaratus et titulis initialibusque litteris miniatis simili modo ornatus est. Parisinum ex imaginibus tantum foliorum 72v-90 novi, sed Monacensem ipsum oculis

inspexi atque perscrutata sum. is anno 1806 Monacum devenit ex bibliotheca Augustana Vindelica (cf 622R, p. 440-444), cuius librarii haec opera in libro fuisse docent quae nunc quoque in eo inveniuntur: Basilii Homilias in Hex XI (scilicet sermones nostri tamquam ultimae Basilii homiliae numerantur), Gregorii Nysseni librum De opificio hominis, Basilii homilias diversas. confer praeter recentiores catalogum anni 1595, cuius in pagina 13 sq David Hoeschel codicem sub numeri nota XVII laudat. apud Hieronymum autem Wolf qui anno 1575 primum catalogum composuit sub numeri nota 29 alia descriptio legitur: 'Basilii liber de opificio 6 dierum qui vix legi potest. Gregorii Nysseni de homine'. tamen verisimillimum est codicem h iam ex anno 1544 in bibliotheca Augustana extitisse, quo tempore magistratus rei publicae Augustanae Vindelicae, ut erant aemuli civitatis Venetiarum, complures libros Graecos manuscriptos ab Antonio Eparcho episcopo Corcyrensi acquiri iusserunt (cf praeter catalogos citatos Richard Schmidbauer, Die Augsburger Stadtbibliothekare.. Aug. Vind. 1963 p. 13 et 25). cum constet exulem illum nobilem pluribus emptoribus pretiosa sua venalia proposuisse suspicor etiam Cardinalem Ridolfium collectorem codicum studiosissimum ab eo libros emisse, inter quos fuerit codex f. hac igitur ratione et Monacensem et Parisinum ad eundem possessorem Graecum saeculi XV referendum arbitror.

Codex h madore affectus textum compluribus locis non bene conservavit. bibliopegus saeculi ni fallor XVI aliquot folia aut ipse commutavit aut commutata repperit. quod enim nunc inter fol 8 et 10 inculcatum folium nonum numeratur, id olim primum fuit et praeter titulum Basilii operis in Hex miniatum adnotationes duorum virorum Graecorum prae se tulit. quarum inscriptionum vestigia tantum supersunt. praeterea folia 171-271 quibus Basilii homiliae diversae continentur prius numerorum notis 108-208 distincta erant. sed eadem manus quae primam numerationem inscripserat mutato consilio alteram adiecit quo ordo operum ut puto genuinus redderetur. Basilii homilia in Hex nona desinit integra in folio 89r medio; reliquae huius folii partes vacuae sunt relictae. incipit folium 90 verbis τοῦ καθ' ὁμοίωσιν, scilicet ultima Basilii homiliae nonae pars (inde a PG 29, 208 A 14 Mignei) hic iterum exarata est. partes igitur huius codicis singulae separatim non altera secundum alteram descriptae esse videntur. verba Basilii desinunt in medio folio 90. sequitur primus De creatione hominis sermo titulo τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν γρηγορίου ἀρχιεπισκόπου νύσσης λόγος περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς instructus, subsequitur alter in folio 98v sub inscriptione τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς λόγος [... (numeri nota corrupt). is desinit in calce folii 106v ubi David Hoeschel subscripsit: 'nota hic demum finiri τὰ τοῦ βασιλείου τοῦ μεγάλου DΓ' folium 107 totum et superior pars folii 108r scriptura vacat. deinde Gregorii opus incipit (scil τοῦ ἐν ἁγ. π. ἡ. γρηγορίου ἀρχ. νύσσης etc.).

Codicem h exceptis foliis 169v-170v et 252-271 ab uno eodemque scriba qui quidem ductu variare soleret exaratum esse puto. is cum sermones nostros describeret primum vetustius scribendi genus rigido stilo imitabatur, id quod semper fecit in Parisino, post (inde a fol 101v) suo mori indulgens magis magisque manum laxabat. de manu autem correctoris dubito utrum eiusdem scribae esse dicam an alterius. itaque eam h' appellavi. auctor h quamquam in textu componendo similiter atque Q a fonte α initium fecit neque quicquam ex altero fonte hausit quod non Q quoque sibi inde adscisceret uno loco excepto, tamen in ipsa miscendi ratione non tam auctori Q quam auctori f cognatus est. differt autem ab


f quod maiores plerumque et continuas partes ab altero fonte transtulit et rarissime ipse coniecit. scriba h ab initio usque ad p. 16, 11 textum fontis α solum descripsit deinde textum mixtum praebuit postremo fontem β secutus est. perfecto autem opere sive ipse quem neglegentiae puderet sive corrector eodem exemplari inspecto eadem miscendi ratione usus inde ab 10, 9 verbis pristinis deletis lectiones fontis β adscribere coepit ut in hac quoque parte mixturam fontium similem ei quae sequitur redderet. post 16, 11 corrector labore desistens nil attulit praeter 20, 11 (ἵσταται h ἱστᾶ ut vid h') ; ib 13 (θηρᾶ τὰ h ται sscr h') ; 27, 2 βελτίων delevit h' 36, 1 (ἐποίει alt sscr h') ; ib 13 (παντὸς θηρίου ἄρχεις h in marg scr γρ et εἰ οὖν—ἐρεῖ τις secundum fontem β h'). nota bene ultimae adscriptioni eum γρ adiecisse quo signo antea nullam distinxit. hanc autem lectionem neque Q ex fonte β decerpsit neque BucO acceperunt (vide infra). partes maiores quas h (h') ex fonte β sumpsit hae sunt: 10, 9-11, 3 φθειρομένου — μάχῃ; 13, 9-13 ὥστε — περιουσίαν; 14, 4-9 εὐθὺς — γεγραμμένην; 15, 19-16, 1 ὥστε — εἰκών; 24, 3-14 ὅσον — ἑβδομάδα; 25, 5-26, 3 καὶ τὸ λαληθὲν τότε — ἀοικήτου; 27, 1-6 οὕτω τοίνυν — καὶ ἀρχέτωσαν; 29, 7-30, 3 ποιήσωμεν — ἐδεξάμεθα; 35, 3-4 οὐδὲ τοῦτο — καρτερίαις; 38, 1-10 βρυχήματος — ἐκρίθης; 43, 12-44, 5 ἐνταῦθα—λέγει; 46, 1-3 τοῦ θεοῦ—εἰρημένων; 50, 9-13 περιεσκόπουν — διεσπάραττεν. in iis transmittendis h (h') tamen saepius ad primum fontem recurrit. singula quae inmiscuit praetereo. quae propria intulit subiungo codicibus cognatis Buc et O adhibitis. 17, 13 vid p. CXXVIII; 27, 4 μοι om hBucO; 34, 10 ὁμοίως om hBucO; 38, 12-13 ὑπερφυσῶ (-σοῦ ChMos al) ἐπαινούμενος: ἐπαιν. φυσιωθῆς 𝔅fQ φυσιωθῆς ἐπαιν. hBucO; 43, 14 post λέγει add ὅτι et om καὶ ante ἔλαβε hBucO; 44, 12-13 κατὰ τὸν τρόπον καθ' ὃν hBucO, fQ=𝔅[1], ChMos='cett'; 50, 10-11 οὔπω — γενομένων: ἀπέθανεν τί τῶν παρὰ θεοῦ σημ. ἢ γεν. ChMos, fQ=𝔅[1] τί γὰρ ἀπ. εὐθὺς παρὰ θεοῦ γενόμενον hBucO; 52, 16 add καὶ ante καρποῖς hBucO; 54, 13 αἱ: καὶ hBucO; 55, 4 ὑφίετο hBuc, recte O ChMos al, fQ=𝔅[1]; ib 12 καὶ om hBucO; 56, 14 in var 𝔅[1] ἑαυτὸν fQ=𝔅[1] αὐτοῦ hBucO; 58, 3-4 vid p. CXXXIV; ib 4 προλαβόντες post μετανοίας coll hBucO; 59, 8 post τότε pr add γὰρ hBucO; ib 15 ἐκοιμίσθησαν hBucO. nota quam fideliter h qui nihil aliud neque emendavit neque depravavit fontes suos secutus sit.

Non puto codices f et Q et h (inde ab p. 16, 11) unumquemque scripturae nitidissimae primos mixturae status repraesentare; immo vero librarii textus mixtos de exemplaribus quae variis erant lectionibus conferta descripsisse videntur. qua de forma vetustiore folia imprimis 92-93 codicis h testimonium dant, ubi h' lectiones ex altero fonte sumptas seu in margine seu inter lineas inseruit. fortasse librarius codicis Q ipse primu mixturam sibi composuit cum opus in schedis designaret, deinde textum conflatum in libro nobis noto depinxit. at scribam codicum f et h communem textus tantopere diversos confecisse vix putari potest. quod in h lectiones ex β textui α in f ex α textui β inmixtae sunt, minoris est momenti, sed excellit f propriis lectionibus ingeniosis, h autem fidelissimus omnium memoriae adhaerens nulla huiusmodi praebet. tantam diversitatem morum in eodem ingenio haud facile concipias nisi forte de ratione atque sollertia illorum grammaticorum longe aliter existimandum est.

Cum in codicibus f et Q et h non solum certa utriusque fontis vestigia existant sed etiam versus finem, ubi alter fons in unoquoque teste deest, conspiratio appareat, dubitari non potest, quin ex uno loco totum genus mixtum ortum sit. fuerunt igitur ante saeculum XII in officina quadam orientali grammatici doctissimi qui differentia textuum 𝔄 et 𝔅 perspecta duo exemplaria

ita exhibuerunt ut mixturae diversis rationibus confici possent. et haud scio an concludendum sit caput generis fuisse editionem arte philologica ita instauratam, ut ambas textus formas contineret non quasi textum unam, alteram quasi scholia, sed alteram iuxta alteram ad litteras fere positam. codex ille ut ita dicam synopticus et nomine Gregorii Nysseni et titulis περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς inscriptus erat. quorum alterum ex β alterum ex α sumptum non ex solo contaminandi studio confusum esse arbitror sed ex fraudulento consilio ut opus Gregorio ascriberetur. eadem de causa fortasse primus sermo numeri nota caret.

Omnibus respiciendis respectis generatio textuum mixtorum hoc fere modo illustranda mihi videtur



Buc. O Restat ut codices Buc et O paucis absolvamus. codex Bucurestensis (cf 229 R, p. 237-239) et codex Parisinus gr. 968 (et ipse olim Cardinalis Ridolfi (gr. 44!), cf 58 R, t. I p. 187-188 et D. Amand o.c. p. CXXI

p. 11-12) eadem fere patrum opera exhibent atque h et inter ea sermones De creatone hominis hic foliis 109-127v ille foliis 85-104v inclusos. quorum foliorum cum imagines contuli, iterum accidit ut in duobus libris nunc separatis unam eandemque manum scriptoris eandemque rubricatoris cognoscerem. neque mirum. ex eis enim quae O post Basilii homilias diversas adiuncta servavit, imprimis ex 'Ioannis Russiae metropolitae epistola ad Clementem papam (fol 374 sqq)' concludi potest codicem ex eadem mundi parte atque Bucurestensem prodiisse. in codice O sermonibus nostris praecedit index capitulorum (fol. 106v-107v, fol 108 vacuum est), subsequitur autem sermo De paradiso indice praefixo (fol 127v-133). quae omnia ab alia manu e memoria 𝔐 adiecta sunt (vide p. LVIII et CLXIII). in titulis Buc et O neque inter se neque ab h discrepant praeterquam quod Buc alterum sic reddidit ἕτερος λόγος τοῦ αὐτοῦ etc, O et in primo omisit λόγος et in altero λόγος β'ος in marg adscripsit. (sed alia manus in O super nomen inscriptum (fol 109) addidit βασιλείου τοῦ μεγάλου καισαρείας καππαδοκίας quae verba recentior quidam delevit.)

Buc et O de codice derivandi sunt qui eandem lectionum mixturam quam h continuit. omnes enim particulae atque partes h‛ et h ex fonte β acceperunt in Buc et O reperiuntur (praeter unum locum, 36, 13, illum scilicet quem etiam Q nescit) neque ullus ex fonte β alius locus textui eorum communi insertus est. cum culae atque partes quas h‛ et h ex fonte β acceperunt in Buc et O reperiuntur (praeter unum locum, 36, 13 illum igitur haud facile mixtura illa specialis quam h‛ et h composuerint ab alio quodam separatim effici potuerit, verisimile est codices Buc et O de ipso codice h pendere. accedit quod Buc et O quantum inter se congruunt a codice h nusquam fere discrepant nisi lectionibus stricte propriis. O multas insuper lectiones ab h discrepantes

praebet partim proprias partim cum aliis communes partim ex 𝔅 haustas. quae cum ita sint memoriam hoc modo traditam esse arbitror. doctus quidam textum ex codice h deprompsit multasque lectiones ad libitum variavit. haec recensio bis transcripta est, semel fideliter in codicem Buc iterum novis lectionibus undique arcessitis aut in codicem O aut in eius exemplar. cum enim idem fuerit qui libros diversarum indolum exararet, fortasse praestat hic quoque inter textus scribam et auctorem distinguere.

Ut cognoscas quanto studio recensor BucO textum denuo mutaverit aliquot exempla dabo.

omisit 6, 6 ἐνταῦθα; ib 16 ἀνθρώπων; 51, 7 τροφὴν; ib 8-9 μετὰ ταῦτα; 59, 10 ὡς ἀστέρες (cf ℭ); 66, 9 παρὰ τὰ λοιπὰ ζῷα; 67, 10 ὡς, addidit 16, 7 ὥστε post οἰκίας; 19, 11 λογισμοῦ post περιουσία optime; 44, 12-13 ἕκαστον post κατὰ τὸν τρόπον καθ' ὃν (sic hBucO); 48, 16 ὃ ἔχει καρπὸν: ὅπερ καρπὸν ἔχει φησὶν; 56, 2 ὅσον post ὁ μαθητῆς μόνον ἀλλ'; 65, 15 add ὥσπερ ante πραγματεῖαι; 67, 13 post βλέπων add μηδὲ νοῶν οὗ ὁ χρ. ἐ., transposuit 18, 8-9 τὰ τῶν κητῶν φοβερὰ; 24, 2-3 ἐν τῇ τελειώσει ἀπολήψεται; 29, 7 ποιήσωμεν ἄνθρωπον ποιῶν ἡμᾶς; 53, 16 ἡ τούτων μάθησις; 54, 12 ἀριθμὸς Ἰουδαίοις; 59, 2-3 ἡ ἐπιφάνεια ἡ ἔνδοξος τοῦ κριτοῦ; 61, 16 sq ἄνθρωπος ἔμψυχος; 65, 7 ὁ τεχνίτης διὰ τῆς μιμήσεως ἐδυνήθη. talia corrigendi causa fecit. sunt autem variae lectiones quibus ille licentiosior arguitur

- 7, 10 παρεισήχθη: παρεδόθη
- 16, 1 δύναμις: δόξα
- 18, 3 ἀκρίβειαν: ἐπήρειαν
- 24, 14 add οὐκ ἐπιδίδωσι fQh = 𝔅^1: add οὐκ ἐπιγίνεται BucO
- 32, 8 εὐσπλαγχνίᾳ: θεραπείᾳ
- 33, 5 ἐνδεχόμενον: δυνατὸν
- 35, 13 γνῶσιν: ὄψιν
- 40, 3 διὰ: ἐκ
- 41, 2 σοφισθείς: φωτισθεὶς
- 42, 10 πάντα: τἄλλα
- 14 ἐλέχθη: εἶπε
- 43, 16 εἰρῆσθαι: νοεῖσθαι

- 51, 6 λόγισαι: νόμισαι
- 52, 8 καταβληθῶσιν: καταληφθῶσιν
- 57, 2-3 παράπτωμα: ἁμάρτημα
- 63, 5 καὶ ἐννόησον fQh = 𝔅^1: καὶ ἴδε BucO
- 65, 11-12 τοῦ ἀνθρώπου fQh: τούτου BucO
- 66, 9 ἐπειδὴ: ὅτι
- 67, 12 σκοπῶσιν: καθορῶσιν
- 14 παρερχόμενα: φθειρόμενα
- 70, 4 ἄποθεν ἐπικείμενον f (ἄνωθεν recte) h ἄποθεν ἐπικάλυμμα BucO (om ἄποθεν)

ut supra dixi exemplar BucO cum aliis praeter h vix semel conspirat. solum 17, 15 δαπανηθὲν (= TXY) eum ex suo ingenio

non hausisse puto. etiam Buc lectiones aliunde accepit, velut 41, 4 ubi τέως quod scripserat cum Mos𝔅^{1}fQhO postea in ματαίως corr (Ch = 𝔄) et 43, 12-13 ubi δεδιδαγμένων cum fonte β primum ante περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου (sic, om γενέσεως) collocavit deinde erasit et post ἀνθρώπου cum fonte α transposuit nec non in margine adiecit ἐν τῇ τοῦ ἀνθρώπου γενέσει quibuscum cf S. O praebet complura huiusmodi imprimis ex 𝔅 sumpta velut 16, 10 κτίσις: φύσις; 19, 2 add τίς ante ὁ; ib 4 πνοὴν; 22, 6 μείωσις recte; 32, 9 ἐκ τοῦ: ἐν τῷ; 40, 6 λογίων recte; 60, 5 ἐπερχομένων O et Γ soli. in ceteris O similiter atque exemplar BucO textum tractavit. pauca propria laudabo ex vocibus variatis selecta 4, 10 ἐξετάσεως: ἐξηγήσεως; 9, 6 περὶ αὐτόν: ἐπὶ θεοῦ; 23, 7 ἕως in var 𝔅: μέχρι; 26, 5 ἄχρηστον: ἄβατον; 37, 9 ἐπιμαινόμενος: ἐπιφερόμενος; 41, 5 ἐσκόπουν: λογισάμενος; ib 7 γὰρ ἐλογιζόμην: διηπόρουν; 44, 4 διηγεῖται: λέγει. alia quae praebent Buc et O in descriptione fontium invenies.

Noli moleste ferre quaeso quod singula de singulis commemoravi. nonne id quidem interest videre quam prope in vocibus transmutandis recentiores librarii accesserint ad vetustiores, cum medio tempore tot viri docti se ab hoc emendandi studio refrenare solerent?

Quid de recensionum 𝔅, 𝔅^1 ceterarumque aetate testimonia doceant

Nunc quoniam textum 𝔅 inde ab origine memoriae usque ad extremos rivulos percontati sumus, iterum moveamus quaestionem de aetate. e codice Ω pro certo scimus 𝔅 ante libros in minusculas litteras transcriptos extitisse. e lacuna 30, 6-31, 3 quam 𝔅^1 (scil ΞΓξdf) reliquit si causam recte coniecimus elucet 𝔅^1 priusquam controversia de imaginibus sedata esset scriptum fuisse. quid ultra? quaeramus testimonia.

Sunt inter auctores veteres omnino sex qui sermones De creatione hominis commemorant, Maximus Confessor, auctor florilegii codicibus Vat 491 et 728 conservati, auctor florilegii quod inscribitur Doctrina Patrum de incarnatione Verbi, Iconomachi, quorum florilegium

Nicephorus patriarcha citat, Nicephorus ipse Iconomachos refutans, Michael Glycas. plures non repperi. ex his Glycas ut est saeculi XII nullum momentum affert praeter quod memoriam multam ac variam fuisse novis lectionibus affirmat (vide ad p. 25, 9-12; ib 13-26, 7; 48, 16-51, 8; 52, 13-53, 2). Nicephorus autem plurimum valet cum testificetur non solum saeculo IX ineunte de auctoritate sermonum iam disputatum esse sed etiam quem auctorem Iconomachi agnoscerent, quem titulum operis legerent, quam memoriae stirpem in citando sequerentur. hunc testem gravissimum Paulus Alexander vir studiis Byzantinis eruditissimus excitavit locosque ex codicibus Parisinis exscriptos benigne mecum communicavit. quo magis ei gratiam habeo. testimonium Nicephori quoad Iconomachos repetivit in apparatu p. 30 sq rettuli, quae autem ipse subiecit haec sunt

Ταῦτα, ὡς τοῖς συνιοῦσι καὶ τῆς διὰ λόγων οὐκ ἀμοιροῦσι παιδεύσεως εὔγνωστον καὶ εὐσύνοπτον, οὐδενὶ τρόπῳ τῇ τῆς ἐκκλησίας ἐλευθερίᾳ λυμαίνεται, τοῖς ἀσυνέτοις δὲ καὶ τὰ αἰσθητήρια τῆς ψυχῆς λελωβημένοις (scil Iconomachis) πρὸς ἰσχὺν τοῦ κατ' αὐτοὺς σαθροῦ καὶ διερριμμένου λόγου δοκεῖ προΐσχεσθαι. εἰ μὲν οὖν τοῦ μεγάλου Βασιλείου τυγχάνει ὄντα συντάγματα (οὔπω σύμφημι ἕως ἂν ὁ τούτου σύγγονος, ὁ ἱερὸς λέγω Γρηγόριος ὁ τῆς Νυσαέων κατὰ τὴν ἱερωσύνην ἐκπρεπῶς προεδρεύσας, ὃς πάντων μάλιστα τὰ τοῦ ὁμαίμονος ᾔδει, λέγων ἀπόσχηται ἐλλειπῆ εἶναι τοῖς εἰς τὴν ἑξαήμερον τεθεωρημένοις αὐτῷ τὴν εἰς τὸν ἄνθρωπον θεωρίαν, ἣν ἀναπληροῦν οἷα φοιτητῇ διδασκάλου σκοπὸν προὔθετο, ἐν οἷς οὐδὲ οὕτω σαφῶς τὸ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ὡς ἐνταῦθα γέγραπται διελόμενος εὑρίσκεται) — ὅμως δ' οὖν ἐάν τι ὑπεναντίον τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ φρονήματος ὁ λόγος ἔχῃ ἀκριβέστερόν τε καὶ ἐξεταστικώτερον ἐπισκεψώμεθα κτλ.

ecce vir subtilis, qui argumenta virorum doctorum non solum saeculi XVI sed recentissimi temporis antecepit! si de adversariis suis verum dedit testimonium — neque est cur dubitemus — constat textum generis mixti ante annum 815 notum fuisse. confer Nic et codices fQh et ChMos ad textum nostrum paginae 30, 1-31, 3 εἰ μὴ — θαυμάζεις collatos. 30, 1 εἰ μὴ — δύναμιν om fQh; 1-2 ἐχαρίσατο δύναμιν coll fQh; 2 ἐξουσίᾳ: δυνάμει fQh; 3 ἐδεχόμεθα fQh (et ξ); ib ἐποίησεν ἡμᾶς coll fQ; 4 θεῷ pr Mos (sed -ω ex corr) θεοῦ Ch om fQ; ib δὲ: γὰρ fQ; 5 ἄγγελος ChMos τέλειος fQh; 6 post τῆς add ἡμετέρας fQh; ib add ὁ ante μισθός Ch (sed ὁ eras) fQh; 6-31, 3 ἵνα μὴ — θαυμάζεις om f; 7 post εἴκῃ add καὶ μάτην ChMos Qh. num casu accidit ut Nic cum testibus generis mixti legeret 5 τέλειος ut fons β, legeret 7 καὶ μάτην ut fons α? quod attinet ad lectiones Nicephori proprias, consilium Iconomachorum in una saltem sentio, scil in 31, 2, ubi notionem prototypi demoverunt. etsi huic variationi nullum temporis spatium vindicamus at certe aliquid intervalli assumimus ut restitutio Basilii auctoris explicetur. nam genus mixtum sub Gregorii nomine in lucem prolatum esse coniecimus. immo vero spatium non solum ad veterem inscriptionem restituendam sed ad novam obliviscendam addere opus est, quoniam Nicephorus nihil omnino de Gregorio auctore videtur audisse. quod si hac ratione adducti genus mixtum in saeculum VIII referimus, quonam temporis deicimur? licet in eo consistamus quod recensio 𝔅[1] non antequam imagines in controversiam aperte vocatae sunt, i.e. non ante concilium Hiereense facta esse videtur, tamen non possumus non mirari. nonne genus mixtum nobis visum est opus doctrina vere Byzantina compositum? nonne idem sensimus de tertia huius stirpis recensione elaborata, quam exemplar codicum ΓξdfQh testificatur? quid igitur? tollamus sententiam nostram et dicamus genus mixtum non ex tali libro qualem supra adumbravi originem suam duxisse sed ex codice lectionibus variis conferto, quae per saecula undique conflarentur, et quodam casu accidisse quod Nic simul et cum 𝔅[1]fQh et cum ChMosQh consentiret? an retineamus quae diximus sed eo modo mutata ut exemplar generis mixti

et exemplar ΓξdfQh et recensionem $𝔅^1$ non ultra saeculi IX initium relegemus, quo tempore viri de imaginibus disputantes quaecumque patrum opera sibi subsidia afferre existimarent, ea fortasse cum recensere tum transformare studerent? quaestionem in medio relinquam.

E ceteris testimoniis si verba verbis comparemus appareat recensionem ΓξdfQh saeculo VIII ineunte, recensionem 𝔅 prima parte saeculi VII iam extitisse. nam p. 21, 8-10 quae Doctrina Patrum praebet ἄνθρωπός ἐστι ποίημα θεοῦ λογικὸν κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος γεγενημένον, eadem legit codex d, add αὐτὸν post κτίσαντος sicut ceteri ΓξfQ, ab 𝔄 omnino non differunt hBucO. p. 31, 6-7 τὸ ante λογικὸς: ἐν τῷ ΩΞΦ soli cum Max Conf cf X et Δ τῷ H et cf 𝔅 32, 9, χρηστὸς recte PS et 𝔅 cum Max Conf et flor codd Vatt (vide infra p. CXXXII). cum autem sententiae huiuusmodi non nimis premendae sint hoc tantum obtineo recensionem 𝔅 initio saeculi VIII eamque praecipuam innotuisse. atque opinor quendam praeceptis Synodi in Trullo (a. 692) habitae admonitum sermonibus retractandis operam suam navavisse.

De duodecim editionis ℜ testibus

De capite huius gregis, de editione Byzantina ℜ, iam supra p. LVI sqq egimus. restat, ut testes singulos eorumque rationem mutuam hic quam brevissime absolvamus. sunt praecipue codices chartacei novem

Ψ	codex Vindobonensis theol. gr. 134	vetustus i.e. saec XII-XIII
H	codex Vaticanus gr. 1142	saec XIII
g	codex Venetus Marcianus gr. 508	saec circ XV
J	codex Mediolanensis Ambrosianus gr. 515 olim M 50 sup	saec XV

N	codex Oxoniensis Bodleianus gr. Auct. E I. 6 olim 3011 misc 20	saec XIV
G	codex Romanus Angelicus gr. 90 olim B I. 9	saec XIV-XV
M	codex Florentinus Laurentianus gr. Convent. suppr. 85	saec XV
L	codex Athous Monasterii Vatopedi 116	saec XV ut vid
K	codex Parisinus gr. 2299	saec XV

accedunt praeter unum apographon quod suo loco tantum laudabo tres codices quibus recensio ℭ elaborata continetur

Λ	codex Londiniensis Musei Britannici Old Royal 16 D. I membranaceus	saec XII
F	codex Parisinus gr. 503 chartaceus	saec XIV
Π	codex Athous Monasterii Vatopedi 128 membranaceus	saec XIV

quos libros tres nunc breviter censebo, infra p. CXXI sqq pluribus describam.

De codicibus ΨHgJNGMLK

Codices ΨHgJ memoriam familiae ℜ fidelius conser- **Ψ** vaverunt quam ceteri. nam et Ψ et H recta via ab ℜ **H** dependent. neque enim Ψ exemplari fuit codici H, ut his locis probatur 7,3 add ὁ ante υἱὸς Ψ; ib 9 om καὶ Ψ; 11, 8 μηδέποτε: δὲ μὴ ποτε (sic) Ψ et J et ChMos; 15, 1 post εἶπεν (sic) add ὅτι Ψ; 19, 12 τῶν om Ψ, e quibus **gJΛFΠ** nullum H communicat. codices autem g et J cum codicibus ΛFΠ artiore nexu coniuncti ad fontem proprium reducendi sunt, qui paucis locis variatus erat. cf 18, 1 συρόμενον: φερόμενον gJΛFΠ cf 𝔅; 38, 13 εἶναι om gJ neque legisse vid ΛFΠ; 39, 15 ὁ ante καὶ om gJΛFΠ; 41, 11 τοῦ om gJ neque legisse vid ΛFΠ; 42, 14-43, 1

ὡς Γενηθήτω στερέωμα om gJΛFΠ; 57, 6 ὁ ante 7 αἰὼν om gJΛFΠ; 58, 11 ἡ γῆ om gJ neque legisse vid ΛFΠ. fontem communem variis lectionibus ornatum fuisse ex his locis fortasse elucet 18, 14 πέποιθε gF cett: πέφυκε JΛΠ; 41, 1 add ἀνθρωπίνης ante σοφίας JF et 𝔅[1]; 54, 12 post ἕβδομος coll ἀριθμὸς gJF et MLK. quod

g et J attinet ad gJ nescio an errores huiusmodi consensum proprium probent 14, 3 ἀλλ' ὁ: ἀλλὰ gJ; 35, 2 ἐπίδειξις: ἀπόδειξις gJ cf A; 37, 12 μετέθηκεν: τέθηκεν gJ; 52, 17 διαγωγὴν: ἀγωγὴν Jg (sscr δι gᶜ); 62, 5 σύνεσιν: σύστασιν Jg (sscr γρ σύνεσιν gᶜ, vid infra de correcturis); 72, 14 πάντα: ταῦτα gJ. alter de altero non descripsit, cf ex. gr. 45, 1-2 ubi ὧδε — ἐποίησεν pr om g εἰ γὰρ — ἐποίησεν alt om J.

NG MLK At contra stirps altera, i.e. codices NGMLK e recensito exemplari textum acceperunt, quod his lectionibus insigne fuit: 19, 7 ποιοῦσι: ποιεῖται NGMLK (ex corr); 20, 7 vid app crit = NGMLK et g[2]; 26, 1 add οἱ ante ἄνθρωποι NGMLK et P; 39, 6 χρὴ: χρήματα NG (fort -ματα ex corr) K χρὴ μάλα e coniectura ML; 44, 5 post πλάσεως add καὶ NGMLK; 45, 6 post ἐνταῦθα add δὲ NGMLK et Δ; 55, 8 add ἐνὼχ post θάνατον N (fort alt man) GMLK sscr gᶜ; ib 15 post ἑπτάκις add ὁ (et add δὲ NG) κύριος ἔφη· οὐ λέγω σοι ἕως ἑπτάκις ἀλλ' ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά NGMLK; 56, 3 post ἑξάκις add ἢ NGMLK et 𝔈 et φΓξ mix; (61, 13 post πέπαυται add σοι NGML (κατέπαυσε) K adhibet in marg cum multis aliis quae omiserat gᶜ. incertum igitur utrum additamentum huius stirpis proprium sit an totius familiae 𝔑); 62, 4 ὃ: ὦ NGK et SA[2] ὢν e coniectura ML; 66, 14 add ἡ ante γαστρὸς NGMLK et P[2]. adde 5, 11; 25, 6; 50, 2-3; 65, 11; 69, 10, quas lectiones cum mendis archetypi laudabo.


N et G Codices N et G contra cognatos suos non ita conspirant ut proprium exemplar eis adscribamus. cf quae communicant: 4, 9 ἡμῶν: ὑμῶν NG et gᶜ; 15, 6 σεαυτοῦ: ἑαυτοῦ NG; 55, 15 vid supra; 56, 15 διὰ τί om NG; ib 18 εἰ δὲ: ἴδε NG et ChMosD; 62, 8 non add διὰ τῆς γῆς τρέχεις NG et TXΘ; ib 12 αὕτη: αὐτὴ NG; 65, 8 συνεισάγει NG

G et MLK et gᶜ. neque certum est an G cum MLK artiore vinculo connectatur. cf 3, 10 γνώσεως ΨHgJN: γενέσεως G(-ενεfort ex corr) MLK et gᶜ (cum nota γρ); 11, 2 ἄλλο ἐν ἐνδείᾳ non habent ΨHgJN habent GMLK vid p. CXXVIII; 17, 13 vid app crit et p. CXXVIII; 51, 4 συμφυὴς N cum cett: κατὰ φύσιν G κατὰ φύσιν συμφυὴς MLK; 55, 2 ἐργάσασθαι N cum cett: ἐργάζεσθαι GMLK; 65, 14 add ὁ ante ἄνθρωπος GMLK et SP[2]. fortasse G haec omnia ex stirpe MLK sibi adscivit.

MLK Codices autem MLK permultis locis inter se conspirant. eorum exemplar proximum vir doctus ex arte sua constituit. primum contulit recensionem 𝔈 unde praeter singula totum fere contextum 6a1-9a5 accepit. deinde cum textum 𝔈 nimis differre videret, hoc fonte relicto ad codicem aut S aut eius gemellum se vertit eumque spoliavit ut librum suum quam plurimis lectionibus variis ornaret. postremum bonas coniecturas et ex aliis testibus notis et ex fonte nusquam a nobis reperto aut ex suo ipsius ingenio intulit. quod si complures hanc operam exemplari MLK navavisse opinaris, non repugno. textum ex 𝔈 immixtum, qui ad memoriam Λ propius accedit, praetereo, de ceteris pauca exempla proferre satis sit. inter innumerabiles lectiones ex memoria S sumptas nullam repperi quae cum P solo, quattuor tantum quae cum D solo conspirant: 23, 10 μέτρα: πέρα KD πέρατα ML; 27, 6 post πληρώσατε add τὴν γῆν MLK (ex corr) D; 51, 2 κύκνων: κοινὰ MLKD κοινωνὰ P; 66, 13 ἐνορᾶν: ἐνορᾷ MLK (ex corr) D. quibus adducta supra dixi 'aut S aut eius gemellum'. sed neque ad exemplar PS neque ad PSD regredi licet. sunt loci ubi formam exemplaris MLK quasi manibus attingere possis,

confer 18, 8 καὶ βόες: καὶ φῶκαι ΨHgJNG = 𝔑 καὶ φῶκαι καὶ βόες MLK; 27, 17 ἤ: μὴ S ἢ μὴ MLK; 51, 4 vide supra ad N et G; 55, 10-11 MLK = S sed K pro κατάλυσιν scripsit ἀνάλυσιν. et ceteri conferendi sunt loci in K correcti, de quibus vide infra. praeter memoriam S aliud aliunde acceptum est, ex.gr. 6, 2-3 αὐτῶν MLK = ΩΓξd; 16, 14 add ἀλλ' ante αἰδεῖται MLK (adscr in fine versus) = Θ; de 38, 1 et 67, 2 vid p. CXXXVI sq in lectionibus propriis attentus animus correctoris saepe deprehenditur, ex.gr. 25, 5-6 χωρεῖ μέχρι τέλους coll MLK; 26, 14 ἀποφυσήσας: ἀποσείσας MLK; 34, 1 μηδὲ: μὴ MLK et ΩΓ; 37, 4 φωλάδος: ἐμφωλευούσης MLK; 38, 10 ἄτοπος εἶ: ἄτοπον ἐστι MLK; 43, 6 τῇδε ἢ τῇδε ποιήσειν τῶν λειτουργῶν δυνάμεων MLK (omnia praeter ποιήσειν ex corr) cf ποιήσειν PS; ib 8 τί: οὐδὲν MLK; 51, 7 ἐπινοοῦντα MLK (ex corr). et vide infra p. CXXVII sqq quam saepe MLK corruptelas archetypi sanare vellet. ex indice capitulorum alterius sermonis κεφάλαιον ιγ quod unusquisque testium omisit exciderat.

ML Codices denique M et L fratres gemelli ex uno eodemque libro descripti sunt. cuius auctor non solum plures lectiones varias quam K ex fonte MLK hausit sed etiam novas coniecturas attulit easque doctissimas velut 4, 6-7 οἴκησιν om ML (scil ἑστίαν MLK cum S); 16, 10 πῶς: ὡς ML et Θ cf Δ²; 17, 5 κατὰ τὸ ἕτερον πέρας om ML; 18, 13-14 ᾧτινι—ὑπομεῖναι om ML et D; 20, 7 μικρᾷ: μιᾷ ML; 38, 10-11 καταβάλλειν . . . αὐτὸν . . . κοῦφον εἶναι . . . μετέωρον ML scil constructionem secundum 38, 10 ἄτοπον ἐστι, quod introduxerat MLK, adaptavit; 39, 6 vide supra; 46, 12 οὖσαν: ἰοῦσαν M (ex οὖσαν corr) L; 56, 6 ἄλλον: ἄλλην K ἄλλως ML; ib 9 τινὸς: τινα ML cf 𝔅¹ an recte?; 64, 6 ἐπὶ κήρυκι cett ex 𝔑 ἐπὶ κήρυκος K ex S ὑπὸ κήρυκος ML; 65, 7 εἴτ' vel ἤτ' vel sim ἄλλο ὅσον cett ex 𝔑 ἤ τι ἄλλο ὅσον ML; 67, 11-12 τίνος — κεφαλῇ: K = S om ML; 68, 5 εἰπέ μοι om ML. et vide infra quantum



valeat ML ad textum corruptum restituendum, imprimis 43, 8; 56, 19; 65, 8. profecto auctor ML inter optimos grammaticos aetatis doctae numerandus est. neque L ex M neque M ex L descriptus est. nam ea quae M om 26, 3-4 μέτρον — πόσον; 38, 13-14 μηδὲ — σεαυτόν; 50, 8 ἀναμένουσι — γὰρ καὶ; κεφάλαια sermonis De paradiso, retinuit L, quaeque L om 24, 14 τὴν; 30, 7 et 32, 4 μή; 55, 12 ἑβδομηκοστῇ καὶ; 78, 22 τὰ ὑψίκομα — φυλλόβολα, servavit M.

Nunc demum habeas stemma codicum cui iam inscribam reliqua cognationis lineamenta. (p. CXI).

Ψ Age nunc refer animum ad libros ipsos. Vindobonensis (de quo vide 859 R, t. I p. 218 sq) Constantinopoli ortus videtur. fuit olim Marci Mamunae Cretensis. continet sermonem I mutilum fol 87-94v inclusum. (i.e. usque ad verba 19, 14 οὐδὲν γὰρ κατέχει quae postea erasa sunt. inter fol 94 et 95 complura folia desiderantur.) praecedunt S. Basilii Homiliae in Hex IX ab alia ni fallor manu scriptae, subsequitur ‹S. Gregorii Nysseni› liber De hominis opificio, deinde S. Basilii Constitutiones asceticae (PG 31, 1321 Mignei) scholio Theodori Studitae praemisso quo abbas Basilium genuinum illarum constitutionum auctorem esse asserit (PG 31, 1319 et 99, 1685-88). titulus sermonis nostri est τοῦ μεγάλου βασιλείου ἐκ τῆς ἑξαημέρου ὁμιλία ῑ, man rec sscr γρηγορίου νύσσης. inscriptiones capitulorum in margine adiectae sunt. scriba textum optime conservavit. altera manus vetus 5, 4 ἐξευρεῖν in ἐξεῦρον corr vid; add primum κεφάλαιον et 17, 13 διανύει.

H Vaticanum ipsa inspexi. Salvator Lilla, scriptor Bibl. Vaticanae perdoctus, librum meo rogatu benigne iterum excussit. codex continet sermones I, II, III cum scholiis in modum catenae intermissis fol 110-120v inclusos. praecedunt S. Basilii Constitutiones asceticae (vid ad Ψ), subsequuntur fragmentum de corpore Christi Gregorii

Nysseni nomine inscriptum (inc διὰ τί μὴ ἀστρῷον ἠμφίαστο τὸ σῶμα ὁ χριστός), fragmentum de origine peccatorum, opusculum quoddam Theodori presbyteri Raithuensis. tituli sermonum nostrorum sunt primus τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν βασιλείου εἰς τὸ κατ' εἰκόνα λόγος ᾱ alter τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν ἄνθρωπον λόγος δεύτερος tertius τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν παράδεισον λόγος γ̄. indices capitulorum sermonibus singulis praefiguntur.

Scriba textum non saepe depravavit. recte servavit 49, 6-7 οἱ — πετεινοῖς (coll ὁ χόρτος καὶ ἡ χλοή) quae verba MLK ex S sumpsisse, ΛΓΠ = 𝔈 ex suo restituisse puto, cett ex 𝔑 omiserunt. supra 24, 7 ἀραιοτέρα scripsit χαινοτέρα sic, quocum cf 8-9 TXY. exemplar codicis H fuit codex scholiis ornatus. haec scholia quae ex operibus variorum patrum de Genesi excerpta sunt olim catenam ad lemmata Sacrae Scripturae explanandam fuisse opinor. scriba codicis G eam integram fere in margine libri sui adhibuit, sed scriba H partes singulas textui suo eo modo inculcavit ut nomen Basilii denuo semper inscriberet ubi in textu sermonum exarando pergeret. hoc modo catenam quasi auctam restituit. in margine doctas quasdam glossas ad 3, 4 παλιρροίας et 3, 6 ἀνακλώμενον adiecit.

Scholia quae in H et G extant quoniam locos ut ita dicam parallelos praebent omnia hic diligenter enumerabo.

Chrysostomi: ὥσπερ—λόγον = PG 53, 78, 20-24; Cat Lips 45. **eiusdem**: τί τὸ καινὸν—ζῶα = ib 71, 12-19. **Gregorii Nysseni**: inc παρατηρητέον ὅτι δι' ὅλης τῆς κοσμογονίας τὸ εἶπεν ὁ θεὸς προσκεῖται des κυρίου γὰρ καὶ βασιλέως ἐστὶ τὸ νόμους καὶ ἐντολὰς διδόναι = Cat Lips 73. **Cyrilli Alexandrini**: inc τὸ ποιήσωμεν (ποιῆσαι H) ἄνθρωπον οὐ συνηθὲς ῥῆμα ἐστίν des ἵνα γνῷς ὅτι δι' οὗ γέγονας διὰ τούτου καὶ σῴζῃ. **Chrysostomi**: inc οὕτως κατ' εἰκόνα φησὶ τῆς θείας ἀρχῆς des οὕτως οὐδεὶς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ γῆς ἀνώτερος similia PG 53, 72, 53-57. **eiusdem** (in G post scholium quod sequitur collocatum): inc ὥστε οὖν κατὰ τὸ ἀρχικὸν καὶ αὐτεξούσιον des κατ' εἰκόνα νοητέον καὶ καθ' ὁμοίωσιν

τοῦ θεοῦ γεγενῆσθαι τὸν ἄνθρωπον. **eiusdem**: περὶ—ἐπήγαγε τῇ προγνώσει ≈ Cat Lips 53 Δ 1-3. **Chrysostomi** (nomen deest in G): ὥσπερ—ὑπ' αὐτοῦ ≈ Diodori Tharsensis fgm 9 Deconinck; Cat Lips 53 Δ 3-7. **Chrysostomi**: εἰ γὰρ—ἐπέθηκε = PG 53, 79, 20-22. 1-4. 7-11. **Basilii Magni** (nomen deest in H): αὐταὶ—ἠδύνατο = PG 31, 1456 C. **Origenis**: σημαίνει—διαδοχὴν = PG 12, 93 A. **Severiani** (ἐκ τῆς πρὸς καίσαρος HG): inc πλὴν καὶ αὐτὴν τὴν μίξιν τῶν γαμικῶν (τὴν γαμικὴν G) des δι ὧν (δι οὗ G) τὸ γένος αὐξάνεται καὶ πληθύνεται. **Chrysostomi** (nomen deest in G): inc οὐδεὶς δουλεύων τῷ φρονήματι τῆς σαρκὸς κατακυριεύει τῆς γῆς des εἰσὶ γὰρ ὡς μηδὲν ἔχοντες καὶ πάντα κατέχοντες. **Gregorii Nysseni**: inc τὸ κατ' εἰκόνα εἰς τὴν κατὰ ψυχὴν διάνοιαν τοῦ ἀνθρώπου ἀπεικάζεται des (in G) εὐθέως ἐπήγαγε καὶ ἀρχέτωσαν ὡς ἐντεῦθεν δῆλον ὅτι κατὰ τὸ ἀρχικόν. **eiusdem** (om H neque contextum interrupit): τὸ δὲ—πατὴρ ἡμῶν ≈ Chrysostomi PG 54, 591, 12-15. **Chrysostomi**: ἀλλὰ τίς—ἐλήλεκται ≈ PG 54, 588, 57-589, 12. **Cyrilli Alexandrini**: inc ὅτι δὲ διὰ τοῦ πνεύματος εἰς εἰκόνα τὴν θείαν κατεσφραγίζετο des καὶ τοὺς ἑαυτοῦ χαρακτῆρας θεοπρεπῶς ἐνεσήμαινεν. **Cyrilli** (πρὸς σόεμον H ἐκ τῆς πρὸς σόϊμον ἐπιστολῆς G): inc ἐκ πρώτης ὁρμῆς ὁ θεὸς πλάσας τὸν ἄνθρωπον des καὶ τὸ κατ' εἰκόνα ἐχαρίσατο ἅμα τῇ διαπλάσει (δημιουργίᾳ G). **Chrysostomi**: inc οὐ ποιεῖ τὴν ψυχὴν πρὸ τοῦ σώματος des ἵνα μὴ καυχήσηται ὡς συνεργὸς τοῦ θεοῦ. **Hieronymi**: inc τὸ ἀνυστικὸν τῆς ἐνεργείας αὐτοῦ σημαίνει des καὶ τὸ μὲν ἐποίησε νοήσεις καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος· ποίημα γὰρ θεοῦ ἀμφότερα. τὸ δὲ ἔπλασιν ἐπὶ τοῦ σώματος νοητέον (add ἔλαβεν ὁ θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς H scil lemma cui haec catenae pars adhaeret). **Chrysostomi** (scholium om G): inc οὐ βῶλον· οὐ παχυτάτην γῆν ἀλλὰ λεπτότατον χοῦν des πλάττει γὰρ τὸ σῶμα πρῶτον καὶ τότε τὴν ψυχήν. **Gregorii Nysseni**: εἰ ἀθάνατος—ἁμαρτίας (H—ἐξ αὐτῆς G) = Anonymi Cat Lips 74A8-Γ1 (resp 3). **Theodoriti Heracleensis** (scholium om G): inc ἵνα εἴπῃ οὐ μόνον τῶν ζώων ἀπέφηνε κυρίους des ὡς οὐθενὸς αὐτοῖς λείποντος ἔτι τῶν εἰς ἀπαρτισμὸν τέλειον παντελῆ συντείνοντα διακόσμησιν. **Chrysostomi:** ἔστη φησὶ τοῦ δημιουργεῖν καὶ παράγειν ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι· πάντα γὰρ ὅσα ἐχρῆν παρήγαγε καὶ τὸν μέλλοντα τούτων ἀπολαύσειν ἐδημιούργησεν. subiunxit sine nomine G (scholium om H) ἑβραῖοι — αὐτῇ = Anonymi Cat Lips 57B1-3. **Gregorii Nysseni**: inc ἔργων λέγει τῶν φύσεων τῶν τοῦ κόσμου συμπληρωτικῶν des ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται κἀγὼ ἐργάζομαι. **Theodoriti** (scholium om G): εὔδηλον—ἡμέραν = Theodori Mopsuestensis cf Devreesse, Rev. Bibl. 1936 p. 375, Anonymi Cat Lips 57 Δ 8-E 7. **Severiani Gabalensis** (Gab om G): οὐκ εἶπεν—ἀνίστησι ≈ PG 56, 475 vers extr—476, 4.27-36, Severi Cat Lips 60 Δ 3-E 10. **Gregorii Theologi**: inc πρόδηλον οὖν ὡς ἐκ πλάσεως παρήχθη des ἐδέξατο τὸν θάνατον λοιπὸν (λ.τ.θ. coll G) τὸ ἐπιτίμιον. **Gregorii**

Theologi: inc ὥστε εἰ καὶ λόγος κτίζει θεὸς des ἄλλως μὲν ἄνθρωπος κτίζει ἄλλως δέ γε ὁ πάντων κτίστης θεός. **Theophili Alexandrini**: μετὰ—γεγένηται ≈ Antioch. PG 6, 1084 A 8-13, 1089 B 5-14, D 3-1092 A 2, cf Cat Lips 67 Γ 2-Δ 2. οὕτω τῆς γῆς—τὸν ἄνθρωπον = Theodori Mops cf Devreesse p. 376 (πρότερον —καταλάμπει apud Procop PG 87, 157 C 7-8). ἐδὲμ—ποταμοὺς = eiusdem cf Devreesse, Procop D 7 sqq, Cat Lips 66 Γ 1-8. inter partes diversas H et G inser καὶ μετ' ὀλίγα. **Eusebii Emeseni**: οἱ μὲν—γενομένων = Cat Lips 66 Z 2-67 B 2. sequitur καὶ μετὰ λόγον (sic): τέθεικεν ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ κῆπον ἐδὲμ—παραδεδώκασιν ἑβραῖοι ὅτι ὁ sequitur τόπος—ἐκ τοῦ ἐδὲμ ἐκπορευομένου ≈ Anonymi Cat Lips 67 B 3-7 sequitur τοῦ ποταμοῦ τοῦ πρώτου. οἱ δὲ παραδιδόασι τοιοῦτον· ἔστιν ἐδὲμ τόπος ὃς ἑρμηνεύεται ἤδη ἣν πρὶν τὸν κῆπον γενέσθαι· ἐν αὐτῷ γὰρ καὶ ὁ κῆπος ἐφυτεύθη. **Severiani**: ὥσπερ—πιστεύειν ≈ PG 56, 478, 3-9. 12-14. **Epiphanii Cypriensis**: inc ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ οὐκ ἔστι ἀλληγορούμενα ἀλλὰ ὁρατά des ἔθηκε τοίνυν τοῦτον ὃν ἔπλασεν ἐν παραδείσῳ κατ' εἰκόνα ποιήσας αὐτὸν θεοῦ. **Chrysostomi**: inc εἰσῆλθεν εἰς τὸν παράδεισον ὁ λῃστής des ἤρξατο γάρ φησι κηρύσσειν καὶ λέγειν μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν (fort plura in H). **Severiani**: ἐδὲμ—τάφων = PG 56, 477, 34-36.39-40.42-48. 51-54. **Hippoliti ep. Romae**: inc τινὲς βούλονται λέγειν εἰς τὸν οὐρανὸν εἶναι τὸν παράδεισον des ἔστι δὲ τόπος ἀνατολῆς καὶ χωρίον ἐκλογῆς.

g Marcianus Venetus (de quo vide 844 R, p. 273) fuit olim Cardinalis Bessarionis. et compositus est a viro qui totus in humanitatis disciplinis versabatur. codex continet sermones I et II fol 133-147v inclusos scholio Theodori Studitae eodem quod extat in Ψ praefixo. praecedunt Ciceronis Somnium Scipionis expositionibus variis et versione Maximi Planudis ornatum, Aristotelis De anima liber primus, subsequuntur S. Gregorii Nysseni De hominis opificio liber et opera grammaticorum diversa. tituli sermonum nostrorum vix differunt a codice H. inscriptiones capituli secundi et tertii textui insertae sunt, reliquae in margine adiectae. auctor codicis postquam ab abbate Studii auxilium petivit suam ipsius sententiam initio primi sermonis in margine his verbis adnotavit ἰστέον ὅτι οἱ β̄ οὗτοι λόγοι ἀμφιβάλλονται παρά τισι εἰ ἄρα εἰσὶ τοῦ μεγάλου βασιλείου.

εἴπερ δὲ δεῖ πείθεσθαι τῷ ἐν ἁγίοις θεοδώρῳ τῷ στουδίτῃ καὶ ταῖς αὐτοῦ ἀποδείξεσι τοῦ μεγάλου πατρὸς εἶναι τούτους θετέον· ὁποτέρως δ' οὖν ἔχει, δεκτέοι καὶ τιμητέοι εἰσὶ τῷ τὴν αὐτὴν τοῦ θείου πνεύματος χάριν ἐν ἅπασι τοῖς ἁγίοις ἐνεργῆσαι: — alius quidam peritior postea verba εἴπερ — θετέον delevit et ad scholium Studitae adscripsit σημείωσαι ὅτι τὸ παρὸν τοῦ ἐν ἁγίοις θεοδώρου σχόλιον οὐ περὶ τῶν ἀνὰ χεῖρας λόγων τοῦ μεγάλου βασιλείου τῶν εἰς τὴν ἀνθρώπου κατασκευὴν αὐτῷ γέγραπται. ἀλλὰ περὶ τῶν μερικῶν ἀσκητικῶν αὐτοῦ. ἃ πρὸς τοῖς καθόλως ἀσκητικοῖς ἑαυτοῦ ὁ μέγας ἐξέδωκε βασίλειος. ὁ δ' ἐνταῦθα συνθείς, ἀγνοίᾳ ἐξέθηκεν:

g textum bene conservavit. ingeniose emendavit 42, 11 (vid p. CXXXIV); solus ex tota familia habet 37, 11 οὐκ εἶπεν—ἐχρεμέτιζεν, unde sumpserit nescio. sive ipse sive aequalis eius inter lineas aliquot lectiones varias cum nota γρ(άφεται) adhibuit, quas ex gemello codicis G hausisse videtur cf consensum proprium 44, 10 ὑποστάσεως ψυχῆς coll G et g in corr; 46, 9 add καὶ ante κατὰ G et g in corr, et marginalia ad 3, 4 et 6 simili modo in g atque in G adscripta. correcturas sub siglo g[c] laudavi.

J Ambrosianus (de quo vide 601 R, t. II p. 619 sq) continet sermones I, II, III fol 143-182 inclusos. praecedunt S. Basilii Homiliae in Hex IX, subsequuntur fragmentum de Trinitate Gregorii Nysseni nomine inscriptum (inc ἐκ τοῦ καθ' ἡμᾶς ἔστι γνῶναι καὶ τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς des ἐν τῷ νοῦν ἔχειν καὶ λόγον καὶ πνεῦμα deinde eiusdem Explicatio apol. in Hex. tituli sermonum nostrorum sunt idem in J atque in H et g praeterquam quod primo adiecit verba εὐλόγησον δέσποτα J. codex usui liturgico dedicatus inscriptiones capitulorum non exhibet. scriba qui textum manu satis nitida exaravit atque ornavit vix ut apparet linguae Graecae peritus erat. saepe enim peccavit mendis huius generis 3, 4 τὰ ἑαυτῶν: τὰς αὐτῶν J; 7, 12 ποιήσωμεν: πορήσωμεν J; 12, 10 περίεστι: περίοστι J; 13, 2 ὁ ἔσω: μέσα; sescenta verba itacismo depravavit. sed auctor exemplaris doctus articulos vel particulas inserere aut graviora temptare solebat velut 8, 6-7 pro καὶ ἦν—υἱῷ scripsit ταύτην καὶ ἐν πνεύματι ἁγίῳ; 43, 7 post ἀπείδης (sic) add λογίζου; ib 10 post τιμὴν add λέγομεν. nonnulla ex 𝔅 hausit ex.gr. 44, 9 ἀλλὰ τοίνυν ἄνω μὲν; 45, 1 εἴρηται.

N Bodleianus (de quo vide 652 R, p. 566) continet sermones I, II, III fol 301 v-318 v inclusos (fol 316 bis numeratur. sermo III desinit mutilus p. 84, 10 ποταμόν, quod inter fol 318 et 319 aliquot folia sunt amissa). praecedunt S. Basilii Homiliae in Hex IX subsequitur S. Gregorii Nysseni De hominis opificio liber initio mutilus. tituli sermonum nostrorum sunt primus τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ κατεικόνα (sic) λόγος ι̇ (ι̇ in ras scr) alter τοῦ αὐ]τοῦ εἰς τὸν ἄνθρωπον· εὐλόγησον δέσποτα in marg λογ[tertius τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν παράδεισον· εὐλόγησον δέσποτα in marg λόγος ιβ' (ιβ' fort in ras scr). indices capitulorum singulis sermonibus praefiguntur. scriba textum prudenter tradidit. in angulis foliorum quae olim laesa deinde resarta sunt manus altera ductu primae simillimo litteras amissas denuo inscripsit. alibi quoque inter scribam et correctorem vix distingui potest. de lectionibus N propriis vide infra p. CXXXIX.

G Angelicus (de quo vide 743 R, p. 134-137 et 744 R, p. 178) duobus constat codicibus quorum alter initio exhibet sermones I, II, III foliis nunc 206v-224v inclusos. olim praecesserant ut vetus quaternionum numeratio docet (scil λr in fol 209v; λδ in fol et 210r et 217v; λε in fol 218r servata) quaterniones viginti duo semis i.e. folia 92, quibus S. Basilii Homilias in Hex IX inscriptas fuisse suspicor. subsequitur Palladii liber De gentibus Indiae et Bragmanibus, deinde varia variorum. tituli sermonum nostrorum sunt primus idem atque in Hg(J) alter τοῦ αὐτοῦ βασιλείου τοῦ μεγάλου εἰς τὸν ἄνθρω-

πον λόγος δεύτερος. tertius nullus est sed scriba prima verba ἐφύτευσε—ἔπλασε rubricavit. index capitulorum unumquemque sermonem praecedit, praeterea κεφάλαια singulatim in margine adscripta sunt. atque differt altera ab altera capitulatio. scriba doctus perraro peccavit. nonnulla mutavit ex.gr. 35, 10 καλὰ: καὶ τὰ G; 39, 15 οἰκονομήσας γραφῆναι (scil ταῦτα om 𝔑): οἰκονομήσας τὴν συγγραφὴν ταύτην ἀναπληρωθῆναι G. scholia ex eodem fonte hausit quem H invenerat, vide supra p. CXIII sqq, unde easdem quoque adnotationes doctas ad 3, 4 et 6 sumpsit (paululum quidem variatas), et tertiam similem, quam solus ad 68, 8 ὁ ὁλκὸς adhibuit.

M Laurentianus Conv. suppr. (de quo vide 353 R, p. 149) fuit olim Francisci de Castiglione. continet S. Basilii Homilias in Hex IX et nostros sermones tres (fol 77v-95). tituli sunt primus τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία εἰς τὴν γένεσιν περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς: (add in marg λόγος ῑ) καὶ εἶπεν ὁ θεός, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ 'εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν alter τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν γένεσιν περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς. λόγος ια̅ καὶ ἔπλασεν κύριος ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς tertius τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία εἰς τὴν γένεσιν περὶ τῶν ἐν παραδείσω φυτῶν: καὶ ἐφύτευσεν ὁ θεὸς—ὃν ἔπλασεν (scil initium sermonis p. 75, 1-2). in marg sup adscr λόγος ιβ. indices capitulorum sermoni primo alteroque praefixi sunt, ad tertium sermonem nullus extat. scriba eruditus textum litteris minutis pulcherrime exaravit optimeque servavit.

L Vatopedianus (de quo vide 191 R, p. 30) continet inter varia Gregorii Theologi, Basilii, Ioannis Chrysostomi opuscula S. Basilii Homilias in Hex IX et nostros sermones tres (fol 217v-231). titulis non differt ab M nisi quod in altero om λόγος ια̅ (add m²) in tertio om τοῦ αὐτοῦ—φυτῶν, neque adscripsit λόγος ιβ (add m²). indices capitulorum non discrepant, sed adest index tertii sermonis. Codex L codici M ut ovum ovo similis si non

ab eodem scriba at certe ab aequali exaratus est.

K Parisinus graecus 2299 (de quo cf 58 R, t. II p. 232 et Amand op. p. CXXI cit. p. 12-13) fuit olim Cardinalis Ridolfi gr. 49. continet sermones I, II, III fol 191-217 inclusos. praecedit Nemesii Emeseni liber De natura hominis, subsequitur Anastasii Antiocheni patriarchae narratio synodi orientalium episcoporum in Perside. de generatione Christi. titulus primi nostri sermonis est τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν (βασιλε)ίου ἀρχιεπι(σκόπου καισαρείας καππαδοκίας τοῦ μεγάλου) λόγος εἰς τὸ κατ' εἰκόνα (ἤγουν περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου γενέσεως) verba quae uncis inclusi manus altera aequalis in rasuras scripsit. in marg λόγος α̃ος man prim add. titulus alter τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν ἄνθρωπον. λόγος β'; tertius τοῦ αὐτοῦ λόγος γ' περὶ τοῦ παραδείσου. indices capitulorum sermonibus singulis praefiguntur. in titulo primi indicis idem corrector quem supra detexi nomen Basilii Magni in rasuram scripsit. correcturas quas in imaginibus discrevi Ernestus Rhein in codice ipso benigne examinavit atque affirmavit.

Hic liber cuius auctor non multa ex suo ingenio textui inculcavit nobis diligentius describendus est quoniam ex eo et exemplar MLK et apographon Parisinus 777A illustratur. scriba enim ipse textum ita correxit ut verbis pristinis erasis alia inscriberet. postea aut idem iterum atramento ductuque differente aut alius eiusdem aetatis partim simili modo correcturas adhibuit partim verba supra lineas adscripsit. hanc manum appellabo K² illam Kᶜ. pleraque correcta sunt ea ratione ut pro lectionibus quibus K cum ΨHgJNG consensit lectiones quas ex ML et S cognovimus substituerentur. sed satis multa extant, quibus probatur Kᶜ et K² non ad ML se retulisse sed ad varias lectiones exemplaris communis MLK spectare. cf 10, 13 vid p. CXXVIII; 19, 7 ποιοῦσι K cum HgJ ποιεῖται K² cum NGML; 34, 5 προσθήκη HgJNG προσηγορία K cum MLPSD sscr γρ

προσθήκη K² (προσθήκη cum asterisco in marg adnotavit Par 777A vid infr); 46, 2 διαγγέλλων HgJNG καταγγέλλων PSD et ML διακαταγγέλλων K δια delevit Kᶜ; 47, 2 αὔτη HgJNGML αὔξησις PSD et K prius ut vid, eras et inscrips αὔτη K²; 50, 8 γὰρ καὶ om ΔPS et K sscr Kᶜ; 60, 10 vid p. CXXVII; 65, 8 διὰ τοῦ ἤθους HgJNG ἀπὸ τοῦ ἤθους S τοῦ ἤθους ML ἀπὸ (aut τὰ cum N) τοῦ ἤθους διὰ τοῦ ἤθους K eras ἀπὸ deinde delev τοῦ ἤθους pr Kᶜ; 71, 7 ἥ τε HgJNG οὕτως ἡ S et ML et K ut vid prius, eras et inscrips ἥτε Kᶜ. textus igitur qualis e manibus K et Kᶜ et K² prodiit singularis est indolis. itaque cum simillimum legimus in Parisino 777A non dubitamus hunc librum apographon codicis K appellare. errat Amand cum doceat Parisinos 2299 et 777A in altero sermone inter se multum differe. usque ad finem Par 777A codici K fideliter adhaeret.

Par. 777A Codex Parisinus graecus 777A paulo post annum 1740 Constantinopoli comparatus et inde in Bibliothecam regiam Parisianam transvectus est. evenit igitur ut apographon exemplar suum post ducentos fere annos in eundem locum secutum sit. liber saeculi, ut recte docet Omont, XVI (cf 58 R, p. 144, Amand l.c. p. 10-11) continet tractatus de creatione mundi et hominis selectos. sermones I, II, III fol 210-241v includuntur. praecedunt S. Basilii Homiliae in Hex IX, subsequuntur S. Gregorii Nysseni Explicatio apol. in Hex (mutila ut vid) et liber De hominis opificio. titulus primus est τοῦ αὐτοῦ μεγάλου πατρὸς ἡμῶν βασιλείου ἕτεροι λόγοι τρεῖς· λόγος πρῶτος εἰς τὸ et cetera sicut in K correcto. neque differt alter neque tertius ab K praeterquam quod deest τοῦ αὐτοῦ in utroque, et lemma quo sermo De paradiso incipit p. 75, 1-2 similiter atque tituli rubricatum est. cum scriba igitur memoriam 𝔑 qua sermones separatim tradebantur servaret, aequalis quidam curavit ut eos quasi reliquas partes Basilii operi continuaret.

nam minio depinxit in margine fol 210 ὁμιλία δεκάτη fol 224 ὁμιλία ἑνδεκάτη fol 236v ὁμιλία δοδεκάτη (sic). et folii 209v, cuius in superiore parte opus Basilii explicit, in inferiore parte haec notavit + διείδέναι ὅτι τηνὲς ενόμεισαν ὅτι ὁ (ὁ sscr) μέγας βασίλειος ουκεύθασεν πληρόσε τὴν ἐξαήμερον αὐτοῦ, δῖ ἀτοῦτο ἀνεπλήρωσεν αὐτὴν ὁ ἅγιος γριγόριος ὁ νίσεις· οὐκ ἔστιν δὲ οὗτος· ἀλλ' ἐν ἀστενήα περὶ πεσῶν βαριτάτην ὁ μέγας, ἐμποδίστη· χρόνου δὲ παρελυληθότως ἠκανοὺ, καὶ τῆς νόσου κουφιστέντος· τῶν τριῶν λόγων τὴν ἀναπλήρωσιν, τῆς ἐξαήμέρου αὐτοῦ πεποίηκεν· καθῶς μαρτυρὶ αὐτὸς ἐν τῷ προημίῳ τοῦ αἰνεστότου λόγου αὐτοῦ: — (sic!). recte admonet Amand viros doctos F. Combefis et E. Stephanou non aliter sensisse cum de dubia sermonum auctoritate iudicarent. similiter iam censuit Cardinalis Bellarminus, vide infra p. CXLVII.

De recensione 𝔈

Recensio 𝔈 textum a stirpe mutatum reddidit. auctor omnia quae non e fonte i.e. ex 𝔑 aut ex gJΛΓΠ accepit suo ingenio debuisse videtur. nostra aetate Stanislas Giet et David Amand de Mendieta, viri docti, hic secundum codicem F ille editione Combefisiana quae in PG 30 Mignei legitur nisus hanc recensionem diligentissime perscrutati sunt ut auctorem sermonum eruerent. quorum opuscula velim adeas: St. Giet, Saint Basile a-t-il donné une suite aux homélies de l'Hexaméron? Recherches de Science religieuse XXXIII, Parisiis 1946, p. 317-58; D. Amand de Mendieta, Les états de texte des homélies pseudo-basiliennes sur la création de l'homme, Revue Bénédictine, tom. 59, Maredsous 1949, p. 3-54. ad hoc confer adnotationes Iulii Garnerii in editione Parisiana 1721, nunc in PG 29 CLXXXI sqq Mignei

expressas. quod viri docti imprimis D. Amand sagaciter observaverunt subtiliterque concluserunt textum tantopere mutatum recentioris esse aetatis nunc demum stemmate codicum probatur.

Tot formae textus nobis iam notae sunt ut opus esse non videatur magis quam ad ceteras animum attendere ad hanc recensionem quae quamvis maxime omnium aucta atque elaborata ad textum constituendum praeter coniecturas quasdam optimas nihil fere confert. sed quoniam de ea nuper varie dissertum est, testes autem duo inter quos vetustior ille Λ adhuc latuerunt, praeterea quod editio quam Combefisius anno 1679 curavit contaminatione valde obscuratur neque lectiones codicis F omnes integrae in calce vol 30 PG Mignei sunt expositae, textum recensionis 𝕮 totum integrum apparatu critico instructum hic edere placuit. fortasse olim procedet qui hoc praestantissimum artis atque doctrinae Byzantinae testimonium iterum excutiat.

Inspiciamus testes, qui omnes in eo consentiunt quod sermones nostros ad opera Gregorii Nysseni quorum magnum numerum habent collectum adiungunt sed ab initio auctorem incertum confitentur. apparet igitur licentiam illam qua textus penitus est transformatus eo tempore ortam esse cum sermones sub nomine unius auctoris tradi sint desiti. quod auctorem generis mixti aliquot saeculis ante suspicor fecisse occulte, id moribus atque artibus mutatis recensor 𝕮 aperte fecit.

Λ Codex Londiniensis Musei Britannici Λ inter Gregorii operum editores notissimus iam saepe descriptus est. cf 527 R, t. II p. 187 sq; O. Lendle, Encomium in S. Stephanum . . ., Lugd. Bat. 1968, p. 106. 189; adde huius editionis vol IX p. 4 (Heil), 81 (van Heck), 142 sq. 173. 180. 182 sq. 187 (Gebhardt), 351. 431 (Spira). liber olim fuit monasterii τῶν Κελλιβάρων in monte

Latmo siti. continet sermones I, II, III fol 143-158 inclusos. praecedit liber De hominis opificio, subsequitur Epistula Canonica. pro titulo primo haec inscriptio extat ὁμιλίαι τρεῖς εἰς τὴν τοῦ ἀνθρώπου κατασκευὴν· παρὰ μὲν τῶν, ὡς τοῦ μεγάλου βασιλείου δεχόμεναι· παρὰ δὲ τῶν, ὡς τοῦ ἀθελφοῦ αὐτοῦ τοῦ νύσσης: — in margine λόγος ᾶ. titulus alter est τοῦ αὐτοῦ λόγος β̄ εἰς τὸν ἄνθρωπον cf HgJ, in marg λόγος β̄, tertius λόγος τρίτος et in marg λόγος Γ̄.

Librarius ut erat diligens nonnullos stili lapsus in scribendo ipse correxit. plus semel in varias exemplaris lectiones occurrisse videtur velut 14a11; 17a13; 31a2; ib 16. extant multae insuper correcturae atramento modo crassiore modo tenuiore factae, quarum auctor dubito utrum librarius ipse fuerit cum opus suum viseret an alius vel alii aequales. quicumque fuit, quem sub siglo Λᶜ in apparatu critico laudavi, non sua sponte textum correxit sed memoriam exemplaris secutus est. bis ni fallor accidit ut Λᶜ et ab F et ab Π differat, 67a12; 70a14, saepius Λᶜ cum Π congruit cf 4a6 et 7; 6a11; 18a13; 63a11; 65a12; 66a10; 71a8. et ex his locis concludo exemplar variis lectionibus ornatum fuisse. neque enim tanta est inter Λᶜ et Π congruentia ut correctorem has lectiones ex ipsa codicis Π memoria decerpsisse putes.

F Codex Parisinus 503 olim inter Bellofontanenses numerabatur. eum descripserunt Omont 58 R, t. p 63 sq; Amand l.c. p. 8; Lendle o.c. p. 103. 250; adde huius editionis vol IX p. 7 (Heil), 151. 160. 168 sq. 188 (Gebhardt), 350 sq. 424. 428 (Spira). codex continet S. Basilii Adversus Eunomium libros V, De Spiritu Sancto ad Amphilochium, Homilias in Hex IX, sermones nostros I, II, III (fol 144-162v), S. Gregorii Nysseni Explicationem apol. in Hex mutilam, De hominis opificio librum, deinde eiusdem orationes plurimas. post Basilii opus in Hex haec verba exarata sunt τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

βασιλείου ἀρχιεπισκόπου καισαρείας καππαδοκίας τοῦ μεγάλου εἰς τὴν ἑξαήμερον ὁμιλίαι ἐννέα: καὶ ἕτεραι ὁμιλίαι τρεῖς. εἴς τε τὴν τοῦ ἀνθρώπου κατασκευήν. καὶ περὶ παραδείσου. παρὰ μὲν τῶν, ὡς τούτου δὴ τοῦ μακαριωτάτου καὶ θεοπνεύστου πατρὸς ἡμῶν βασιλείου τοῦ μεγάλου ἐκλαμβανόμεναι· παρὰ δὲ τῶν, ὡς τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν γρηγορίου ἐπισκόπου νύσσης τοῦ θεσπεσίου ἀδελφοῦ αὐτοῦ. (nota bene quam apte haec verba generi dicendi conveniant quo tota recensio 𝕮 insignis est.) sequitur primus sermo sine titulo. in margine D. Amand se verba γρη^{ριου} νϋσ^{σης} λόγ^{ος} α^{ς} ab eadem manu scripta legisse docet; in phototypis meis nulla vestigia. sermo alter mirum in modum hoc lemmate inscriptus est καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς ὁ θεὸς καὶ εἶπεν αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε καὶ πληρώσατε τὴν γῆν sermo autem tertius hoc modo λόγος γ′ τοῦ ἁγίου γρηγορίου νύσσης et infra καὶ ἐφύτευσεν ὁ θεὸς παράδεισον κατὰ ἀνατολάς.

Scriba F textum nitide exaravit sed saepius complexus verborum omisit, e quibus omissis concludo exemplaris versus singulos circiter viginti vel viginti quinque litteras continuisse et more vetusto duplici columna scriptos esse. praeter scribam codicis, qui in ceteris raro peccavit, hic illic discernitur corrector, quem F^2 nuncupavi.

Π Codex Athous monasterii Vatopedi 128, qui nunc primum in hac editione describitur quamquam multa Gregorii Nysseni opera exhibet (cf 191 R, p. 32), est liber pretiosus, minutissimis litteris magna cura exaratus, pulcherrime ornatus. nec mirum. nam in ultimo folio (400r) legitur τοῦ βασιλέως Καντακουζηνοῦ ὑπάρχει ἡ δέλτος αὕτη· ἀφιερώθη οὖν παρ’ αὐτοῦ ἐν τῇ θείᾳ καὶ ἱερᾷ μόνῃ τοῦ Βατοπαιδίου. liber continet Gregorii Nysseni De hominis opificio librum, Explicationem apol. in Hex, sermones De creatione hominis primum et alterum (fol 76-94v), librum De vita Moysis, orationes

plurimas. in titulis nostris memoria codicis S verbatim repetitur, confer primum εἰς τὸ ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ’ εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ’ ὁμοίωσιν· ὁμιλία πρώτη. οὗτος καὶ ὁ μετὰ τοῦτον λόγος, οὐ δόλως (sic) τὸ γνήσιον ἔχουσιν alterum τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία β εἰς τὴν τοῦ ἀνθρώπου κατασκευήν.

Testis vetustior Λ textum recensionis 𝕮 fidelius tradidit quam recentiores quorum uterque suo modo quae acceperat transformavit. nam praeter ea quae ipsi mutaverunt omiserunt addiderunt, Π permultas lectiones imprimis ex memoria S textui immiscuit, F pauca ex 𝔄 sibi adscivit. recentiores ab Λ originem non traxisse probatur erroribus codicis Λ velut 11a3; 12a9; 18a5 quos uterque recentiorum si legisset vix ita correxisset ut simul cum 𝔄 atque cum altero libro consentiret. neque recentiorum alter ab altero pendet. id praeter textum quem uterque diversum praebet demonstrant verba in F omissa in Π retenta et vice versa. non desunt loci ubi duo testes contra tertium conspirare videntur, ex.gr. confer ΛΠ 12a8; 22a3; 25a9; 31a3; 39a8; 40a2; 42a9-10; 48a10; 50a2; 66a12; 67a6; 69a4-5; 70a9, confer ΛF 3a2; 10a5; 13a1; 18a13; 22a4, confer FΠ 22a11; 28a18; 36a8; 45a5; 50a9. sed cum haec menda testes nunc alii nunc alii communicent, certa foedera non probantur. immo potius pleraque huiusmodi ad exemplar omnium commune referenda puto. constat ex corruptelis 9a1-2; 12a5; 27a4-5; 43a11.13; 49a4 (?) aliisque omnes tres codices ad unum fontem recurrisse. quem variis lectionibus ornatum fuisse apparet praecipue ex 36a8 ubi τῆς φιλαληθείας F respuit, Π addidit, Λ pro genuino illo τῆς φιλαλληλίας accepit. cf 33a9 ὁμοιώσεως Λ cf 𝔄: οἰκειώσεως F (in marg γρ) Π cf 33, 10 οἰκείωσιν Δ. fortasse complura quae nunc in uno teste solo, imprimis in Λ aut in F, recta leguntur in margine exemplaris tamquam variae lectiones extiterant. sed quae genuina

sint haud facile in omni parte diiudicatur. nam consensus qui cum 𝔄 extat in tanta recensionis ℭ diversitate non semper discrimen facere potest.

De codice archetypo

Exemplar quo omnes codices reduci possunt iam multis locis deformatum erat. quaecumque in eo omissa corrupta interpolata inveni hic enumerabo ita disposita ut primo quoque loco appareant ea quae consensu omnium vel plurimorum testium manifesta sunt deinde quae aut 𝔅 aut complures codicum auctores docti non communicant postremo incerta quaedam. cum enim huius textus memoria non tam confusione lectionum diversarum quam doctis coniecturis obscuretur, cavendum est ne a correctoribus ingeniosis decepti codicem archetypum vetustissimis mendis expurgemus. meo quidem arbitrio pleraque eorum quae testes simplices atque fideles TXYAΔCh corrupta praebent, etsi alii sive codices W Θ S D Mos d f O F sive exemplaria PSD PS ℜ NGMLK MLK ML BucO ΓξdfQh sive omnino recensiones 𝔅 𝔅^{1}ℭ recta legunt, archetypo sunt adscribenda. nihilominus inter manifesta distinxi et cetera non solum ut vituperationem effugiam sed praecipue ea ratione ut memoriam extraneam si qua extiterit clarius demonstrem. iam supra enim docui et 𝔅 et Ω plura quam ceteros testes legisse neque alibi possum negare viros doctos ut essent prompti ad coniciendum ita sagaces fuisse ad meliora exemplaria sibi acquirenda. sed quaecumque ii ex fontibus nobis ignotis hauserunt ad archetypum nostrum non debent referri.

Hoc in conspectu de omnibus qui mihi innotuerunt libris praeter Vat 1912, fratrem codicis Γ gemellum, et apographa Z et Par 777A rationem reddidi. codices quicumque recta aut vestigia recti praebent omnes explicite citavi, qui falsas archetypi lectiones quas crassioribus formulis excudendas curavi communicant, tacite subsumpsi. ubi in falsis libri discrepant ea ratione egi ut libros quos in apparatu critico inspicere potes non repetam, ex reliquis WΘChMosD diligenter adhibeam, testes recensionis ℜ iis tantum locis ubi inter se discedunt, testes generis mixti (scil fQhBucO = mix) ubi propria afferunt, item codicem ξ. sed ubicumque scripsi 'codd' omnes libros indicare volui, ubicumque leges 'cett' intellege eos ex omnibus qui hoc loco separatim non laudantur. siglis 𝔄ℜ𝔅𝔅^{1}ℭ non aliter hic atque in apparatu critico usa sum.

Omissa erant partim singula vocabula saepe finitima et similiter cadentia quae facile restitui possunt partim verba complura seu membra quorum nonnulla vel definire difficile est. alia in versus 12-15 litterarum quales in libris vetustis duplici columna exaratis extiterunt distribui possunt cf 10, 13 et 11, 2; 18, 15 et 38, 3-4; 23, 15-16 et 59, 5. vetera menda aetate archetypi iam deteriora facta imprimis haec sunt 38, 3-4; 56, 17 (?), et 18, 15; 25, 7-9 de quibus vide interpolationes. de ceteris locis huiusmodi 5, 4; 20, 7; 23, 9-10; 72, 9 ubi iactura verborum causa mendorum videtur fuisse vide corruptelas.

manifesta sunt

4, 2 **μορίων** (post ἡμετέρων) **om.** habet ℭ σωμάτων D περὶ— μορίων: περὶ τῶν ἡμετέρων τῆς χρείας μελῶν H περὶ τῶν ἡμετέρων BucO

4, 5 **εἰς** (post ἀφανεῖ) **om** codd praeter Θ cf corruptelas

5, 1 **σε** (post εὑρήσει) **om.** habent ℭ et fort T supra μέγαν scr man alt in W

6, 11 **τι om.** habent SΠ et (post λείπει fort recte) Λ^{c}MLK

21, 3 **ante lemma aliquid omissum** puto. an auctor aut alius quidam lemma tantum citavit ut versum Scripturae ad finem perduceret?

38, 3-4 **οὐδὲ—συγχωροῦντος** verba prius omissa deinde falsum in locum recepta, vid app (W = A, ΘChMosD = T al)

60, 10 ex lemmate verba **χοῦν—θεὸς** propter homoeot **om.** habent (om οὖν) PSDMLK (om ὁ θεὸς alt ML pro καὶ ἔπλασε scr καὶ ἐποίησε in spat 3 vel 4 litt eras K^2) (WΘ (ἔπλασε) ChMosHgJNG = T al)

64, 9 **post γενομένοις** (γινομ. codd praeter TX) **aliquid om.** (ἐπὶ ante τοῖς γιν. (cf 𝔅^{1}) om BucO. αὐτὸν: αὐτὰ WMLK ταῦτα ΘD αὐτοῖς HgJNGP^{2} τὸν αὐτὸν: μηδ' αὐτὸν τὸν Mos de Θ vid p. XL)

71, 5 **post** σκεδαννύηται (**σκεδάννυται** codd praeter ML) **aliquid om.** add ἀλλὰ Θ post κατευθ. add δὲ S add δ' Mos

coniecta sunt

3, 3 **καὶ** (post ἄψωνται) **om.** habent ΩΞΦΘ^{2}

7, 1 **ἴσην** (inter νοήσῃς et τὴν) **om.** habent post τὴν ℭMLK: σύ Ω σου 𝔅^{1}ξf (ἵνα νοήσῃς τὴν δεσπ. post 2 ἀμφαγνοῆς sic coll W)

14, 3 **ὁ** (post λογισμὸς) **om.** habent Θℭ𝔅^{1}ξfQ (et Par 777A)

15, 4 **τὰ** (post πρῶτα) **om.** habent ΘPSDΨgNML𝔅ξ mix

9 **τὴν om.** habent WΘPSgNGMLKℭ

17, 13 **ἔχον** (post ἄπρακτον) **om,** vid app. ἔχων hBucO ἔχον τὸ κῆτος Qf (καὶ—ἔχον: καὶ μετὰ πολὺν πόνον ἄπρακτα W (scil num plural ubique) καὶ μετὰ π.π. καὶ ἄπρακτον scr et post 14 γίνεται add τὸ κῆτος D de Θ vid p. XXXVI)

23, 15-16 **εἶτα προέκυψε—τῆς μητρός om.** habent 𝔅ξfQ (τόσον ξfQ = 𝔅^{1})

25, 5 **τὸ** (ante τότε) **om.** habent PSgMLKΘ^{2}ℭ et in var 𝔅ξ mix

26, 7 **τὸ** (post ὥστε) **om.** habent WSDMLℭ𝔅ξ mix (πληρῶσαι ΧΥΡΩΞΦ soli)

36, 1 **ἐποίει** (post ἐποίει) **om.** habent ΩΦΓξdfQ sscr h^{2} post 2 κρυπτῷ coll ΘDBucO (ὁ—ἐποίει alt: ἐποίει γὰρ W)

56, 17 **ἑβδομηκοντάκις ἑπτά om.** habent PSℭ et in var 𝔅^{1}ξ mix. verba fort postea falsum in locum (57, 2) recepta, vid interpolationes (56, 13-18 αἱ ἁμ.—ἑπτά om W)

59, 5 **ἐκείνην—ὄρη om.** habent 𝔅^{1}ξmix, vide ℭ

incertae sunt sedis

10, 13 καὶ ἄλλο ἐν γήρᾳ om. habent TWSMLK^{2} (in spat relict scr) ℭ (γήρει) 𝔅ξmix (γήρει ΩΞΦ add τῷ ante γ. 𝔅ξfQ sscr h^{c})

11, 2 ἄλλο ἐν ἐνδείᾳ om. habent 𝔅 = ξmix et man vet in X et S = WGMLKℭ. καὶ pr 𝔅ξmix: cett = X al (ℭ = S)

22, 6 εἰς post μειώσεως om. vid corruptelas

44, 11 δὲ om. habent 𝔅^{1} et T ut vid

68, 3 ἢ (post ταπεινὴ) om. habent MosNGMLK (ex corr) ante ταπεινή coll WΘSD𝔅^{1}ξfhBucO

72, 16 καὶ τὸ κράτος om. habent YW𝔅^{1}ξfhBucO var P

(de his locis utrum sani sint an corrupti dubitari potest: 19, 11; 28, 8; 32, 15; ib 17; 39, 9; 49, 4; 59, 6; 67, 10)

Corruptelae inveniuntur plurimae quarum aliae confusione litterarum uncialium aut scriptura continua ortae esse videntur cf 4, 4-5; 10, 9-10 (?); 44, 9; 56, 19 (et fort 26, 2) et 7, 3; 21, 10; 28, 1.4.12; 32, 13; 35, 3; 42, 10-11; 47, 5; 65, 11; 68, 5; 70, 13; (et fort 27, 4), aliae ex eo quod librarii contextum verborum non satis comprehenderunt velut 5, 11; 8, 1; 10, 1; 17, 7.12; 18, 13.14; 28, 12; 38, 3; 50, 13; 54, 5; 58, 7; 63, 12-64, 2; 72, 2 aut a ratione recte dicendi aberraverunt velut 6, 10; 7, 2; 15, 9; 17, 5; 44, 1 et 3; 65, 12 aut notiones usitatas pro difficilioribus substituerunt cf 4, 4-5; 11, 9; 15, 13; 18, 12; 20, 3; 22, 6; 30, 5; 34, 5; 38, 10; 40, 6; 45, 9; 61, 10; 63, 11 (?); 64, 5-6; 69, 5. restant aliae alia quadam neglegentia vel ignorantia effectae.

manifesta

4, 4-5 συντετρημένας conieci. **archetypo proximi praeter Θ et Θ^{2} sunt TXY** (συντηρήσεις Ch συντρήσεις Mos mix συντηρήσας D om W)

5, 11 τίνος ὁ λόγος restitui: **τίς ὁ λόγος** (τίς ὁ λέγων NGMLK et g^{2} cum nota γρ, ὁ λόγος om BucO)

7, 2 ἀπογνῷς Langerbeck: **ἀπογνοίης** (-νοι- in ras scr Mos ἀπογιγνώσκῃς D ἀμφαγνοῆς W, MLK = ℭ)

7, 3 ἔκτισε τῷ D: **ἐκτίσατο** (ἐκτήσατο Ch Mos (in ἐκτίσατο corr) HJNG BucO)

11, 9 ὑπέδρα conieci: **ὑπέδραμεν**

15, 9 σεαυτοῦ (post τῆς) WΘMosSMLK mix: **ἑαυτοῦ**

17, 5 ἀπήρτηται τὰ ἄγκιστρα ℭ ἀπήρτηνται τὰ ἄγκιστρα ΘSDMLKΓ ἀπαρτῶντες τὰ ἄγκιστρα (et om ὧν)fQ: **ἀπήρτηνται αἱ ἄγκιστροι**

18, 13 ᾧτινί ἐστιν οὕτω φορητός scripsi, vid app. ᾧτινί: ὅτινι K οὔτινι H^{2} (ex ᾧτ.) οὗ τινι ut vid Mos (οὗ in ras scr). οὕτως ChΨHJNGK mix. φορητός: **φορητὸν** (ante οὕτω coll W ᾧτινί — 14 ὑπομεῖναι om ML)

18, 4 οὐδενὶ Λ^{c}Π: **οὐδὲν** (post οὐδὲν add γὰρ Θ)

20, 4 ὑποβαλόντα WΘ𝔅^{1}ξQ: **ὑποβάλλοντα**

20, 7 † **ἀπομετεωριζόμενον τὸ ὄμμα τοῦ ὀρνέου** † (ἀπομεριζόμενον J de NGMLKg^{2} vid app, post ὀρνέου add καὶ D add τηρήσαντα Q)

22, 6 μειώσεως X³ℭ𝔅¹ξfQO: **μιμήσεως** cett (μὑήσεως D om multa Ω). **εἰς** XSMLℭ πρὸς 𝔅¹ξQf ἐπὶ Θ: **om** cett (om multa Ω)

23, 9-10 † **ἀλλ' οὐ** † **μέτρα τῆς αὐξήσεως** (ἀλλ' οὐ μετὰ τὰ μέτρα τ.αὐξ. optime Θ ἀλλ' οὐ πέρα (πέρατα ML) τ.αὐξ. DMLK ὅρα μέτρα τ.αὐξ. scr et add γὰρ post κατὰ Mos)

24, 9 ἐστι restitui: **εἰσι** codd (mix var cum 𝔅¹, var ℭ) vid p. XXI

28, 1. 4. 12: 1 τὸ αὐτὸ SMLℭΩ ταὐτὸ D: **τοῦτο** (τουτο sic Mos, de Θ vid p. XXXVII) 4 τὸ αὐτὸ Dℭ𝔅ξfQ: **τοῦτο** 12 τὸ αὐτὸ correxi: **τοῦτο** codd (var ℭ)

30, 5 ἰσάγγελος Ω: **ἄγγελος** WChMosHgJNG ἡμέτερος MLK ἵνα—μισθὸς om D de Θ vid p. XXXVII de mix vid p. CV (BucO = h)

32, 13 οἰκεῖος ἐγένου conieci: **οἰκειούμενος** (om 12 καὶ fort recte DML, ᾠκειώμεθα H (θεῷ: αὐτῷ). οἰκ.—θεῷ: τὸ καθ' ὁμοίωσιν φυλάττεις Θ)

34, 5 ἄρθρου A et in var ℭ: **ἀνθρώπου** cett

35, 3 δι' αὐτὸ τοῦτο conieci. **de archetypo non liquet.** errav TY et X script cont seduct, coniec exempl alt class διὰ τί τοῦτο, quam lection Ω male distinx, 𝔅¹ sua sponte mut, AΔ al amplificav (3-5 δι'—ἀγρυπν. WChMosDHg JNG = AΔ sed add μὲν post 4 εὔτονον W om 5 δὲ D. διὰ τί δὲ τοῦτο ἁπαλόν; οὐχ ἁπλῶς. ἀλλὰ διὰ τ. συμπ. εὔτονον (ἀλλ' εὐτ. ML) ἐν καρτ. σύντονον (add δὲ ML) ἐν ἀγρ. ΘMLK

38, 2-3 **ἔνδον** † **ὅλου ὁμοῦ** an potius ἔνδον delendum et ὅλου ὁμοῦ retinendum? (ἔνδον ὅλου ἐμοῦ Mos ὅλου ὁμοῦ ἔνδον coll g et ἔνδον et ὁμοῦ om Q). προπεσεῖν Mos (ex προσ- corr) SMLΓξQ: **προσπεσεῖν** cett (om D et d, var ℭ)

38, 10 ἰξῷ SMLK: **ἔξω** cett (ξfQ = Γd, om in var ℭ)

42, 10-11 ὅσα νῷ ΘML𝔅¹ξmix F: **ὅσα ἄνω** cett (ἄνωθεν H om multa ΛΠ) de addita voce μεγέθη vid interpolationes

44, 9 ἄνω τοίνυν conieci cf 𝔅¹ = ξfQ et J: **ἀλλὰ τοίνυν** cett (var ℭ)

44, 10 περὶ τῆς τοῦ σώματος (διαπλάσεως) ΘℭO: ordin verb mutato deprav. **seu X seu T al** = WChMoshBucDH (om τὸ) JNG **archetypo proximi** περὶ τῆς περὶ τὸ σῶμα g περὶ τῆς κατὰ τὸ σῶμα MLK (et περὶ et κατὰ ex corr)

45, 1. 6: 1 ὅτι Θ²PS℞ (ex corr K om multa J) ℭQhBucO ὅτι τί Ch: **τὸ τι** (om τί WD om τὸ τί Mos) 6 ὅτι Ch (ut vid) MosQhBucOHgJNG: τὸ τί cett (om multa Wℭ𝔅¹f) de archetypo hic non liquet

45, 9 δεψαμένη Langerbeck: **δεξαμένη** codd (var ℭ)

47, 5 **archetypus script cont deprav** vid app (ὅσην δὲ Ch (ut vid) Mos ὅσον δὴ D om W de Θ vid p. XXXVIII)

50, 13 οὔπω Θℭ: **οὔτε** cett (οὐ W οὐδὲ D)

52, 4 ἐκείνου X (ut vid) ℭ cf 𝔅¹ = ξf: **ἐκείνῳ** cett

53, 10 ἐκλεγέσθω SMLK: **λεγέσθω** (λεγέτω D λογιζέσθω Q, f = Φ, ξ = Γ, verb om Mos membrum om BucO = ℭ)

54, 2-5 **φρονοῦμεν—ἀποσεμνύνεσθαι** corrupt. vid p. XXIII, XXVI, XXXIX (MLK = S, 2 add ἐν Θ 3 τῷ recte WCh MosD 4 post κλέψαντες add ἀφίεμεν αὐτοῖς D, μεγάλα Mos)

56, 19 ἑπτάκις correxi: **ἑβδόμη** codd (om in var 𝔅¹ξmix)

56, 19 ἀναλογοῦσα A²Δ²Θ, cf P², DMLℭ: **ἀνάγουσα** (ἐνάγουσα g)

58, 7 τύπωμα restitui: **εἴπωμεν** (σημεῖον ὡς εἴπομεν W de Θ vid p. XXXIX ὑπόδειγμα MLK et add τύπος ante ἐκείνης et scr ὡς εἴπομεν D 6-7 ἡ ante ἡμέρα om L ἑβδόμην τοίνυν αὐτὴν ἡμέραν HgJNG 7 ἑβδόμης LK ἑβδομάδος M ὀγδόης HgJNG)

63, 11 **οἰκέτας** codd. qua ex corruptela multae aliae sunt ortae. 12 sqq 12 σοβοῦντα ΘDℭ: -ντας cett (MLK = S) 13 περιφέροντα ΘDNGMLKℭ cf φοροῦντα QhBucO qui cetera variaverunt cum 𝔅¹ξ: περιφέροντας cett (cf φ) 14 καθεζόμενον non deprav in archetypo sed vid p. XXVI; βαδίζοντα ΘSDNGMLK cf ℭ: -ντας cett (om 𝔅¹ξmix H); φρονοῦντα ΘSDNGMLK cf ℭ, et Γξdmix: -ντας cett (om H) 64, 1 φθεγγόμενον ΘSDNGMLK cf ℭ: -μένους cett (om 𝔅¹ξmix) 2 ἐπισύρεται ΘSDMLKℭ: -ρονται cett (om multa 𝔅¹ξmix)

64, 5-6 ὑπὸ κήρυκι ΛF: **ἐπὶ κήρυκι** cett (ἐπὶ κήρυκος K ὑπὸ κήρυκος MLΠ ὑπὸ κηρύκων 𝔅¹ mix)

65, 12 ἐκ σεαυτοῦ Θ (ex ἐξ ἑαυτοῦ corr ipse) SDgMLK (ex corr) cf ℭ: **ἐξ ἑαυτοῦ** cett (ἐξ αὐτοῦ WH ἐκ τούτου BucO cf 𝔅¹ = ξfQh)

66, 4 **εἰς τὴν** † **περὶ ἀνθρώπου διάπλασιν εἰσέρχεται** (add τοῦ ante ἀνθρ. MosD)

68, 1 † **κυκλοτερεῖς** (κυκλοτερῆς Ch κὐκλοτεροις sic J κυκλοτερεῖς τῆς Mos (pro 2 ὤμοις scr ὄμμασιν) κυκλοτερεῖς ἐπὶ D κυκλοτερῶς f (coll = 𝔅¹) et hBucO qui coll post 2 ὤμοις)

69, 5 εἰς παχὺς Θ²P²DΓξdfhBucO cf ℭ: **εἰς πάχος** (πάχυς sic H²)

72, 2 μεριζομένας MLK (ex corr) cf ℭ: **μεριζομένην** cett (de Θ vid p. XLI γνωρ. d)

72, 9 **εἰπεῖν** † **μόνον . . τῶν γενομένων** (ἓν μόνον εἰπεῖν τῶν . . γ. W εἰπεῖν μόνον τὰ . . γενόμενα Θ εἰπεῖν μόνα τὰ . . γενόμενα MLK (-α τὰ . . -α ex corr))

coniecta

3, 2 λείου A²WΘ²MosSDΨ² (λίου Ψ) HgGMLKℭΩ (λίου) ΞΦfO (λει- in ras scr): **ἡλίου** cett

3, 10 ἀγνοοῦντες ΘSℭΩΞΦ cf Γd = ξf: **ἀγνοοῦμεν** cett

6, 10 εἰς τὸν βίον 𝔅ξf: **ἐν τῷ βίῳ** cett (cf P et Π)

8, 1 τὴν δύναμιν 𝔅ξfΘ² et in var ℭMLK: **τῇ δυνάμει** cett

10, 1 ἁπλότητι PS𝔅ξf: **ἁπλότητα** cett (om ℭ de Θ vid p XXXV)

10, 9sq φθειρομένου Δ^{2}W(-η)SDMLKΠ𝔅ξmix: **φθεγγομένου** cett (var ΛF)
15, 13 σώφρονα 𝔅ξfQ: **σώματι** cett (τῶ σωμ. Ch σώματος S var ℭ)
17, 7 ἀφιᾶσιν ΘSDgMLKℭfQBuc, cf A^{2}, ἀφίασιν WHΓξdhO ἀφίουσιν ΩΞ cf Φ: **ἀφίησι** cett
17, 12 μαιμάσσοντα DΩΞΓξdfMos (ex -ται corr): **μαιμάσσονται** cett (cf ℭ)
18, 12 ὄμμα WΩΞΦMos (ex ὄνομα corr): **ὄνομα** cett (ὅρμημα f)
25, 2 περιτιθέναι WΘPSD𝔑ℭ𝔅(cf Ω)ξmix: **aut-θέμενα** TXY **aut-θέμεναι** AΔChMos **in archetypo**
31, 7 χρηστὸς PSDMLK et in var 𝔅ξmix cf Max Conf in app test, cf ℭ: **χριστιανὸς** cett (de Θ vid p. XXXVII)
37, 2 ἐνυλακτῆ (post ὅταν) 𝔅ξfQ: **ὑλακτῆ** cett (cf ℭ)
38, 2 ἀφιεὶς WΘ^{2}SDMLKΛF𝔅ξmix: **ἀφεὶς** cett
44 et 1 et 3 ὅπου T (1 ὅπτος) A^{2}Δ^{2}MLK (ex corr)ℭ𝔅^{1}ξmix: **ὅπως** cett (de Θ vid p. XXXVIII)
47, 3 ἐπέκτασις Θ^{2}ℭ𝔅^{1}ξfQ: **ἔκτασις** cett (ἔνστασις D). τὸ Θ^{2} SMLKℭ𝔅^{1}ξfQ: τοῦ cett
47, 4 κρειττόνων 𝔅^{1}ξfQ: **ὄντων** cett (ὄντως ὄντων MLK = PS, var ℭ)
50, 2 τοὺς ὅρους τοὺς δεδομένους Hℭ𝔅^{1}ξ mix (δοθέντας O) fort non recte, vid app et 56, 7. **archetypo proximi XAΔCh** (τῆς ὅρησ .. τῆς δεδομένης Ch (obrut) τῆς ἐντολῆς τῆς δεδομένης W cf S et Θ de quo vid p. XXXIX τοὺς ὅρους τῆς δεδομένης αὐτῶ διαίτης D τῶν ὅρων τῶν δεδομένων Mos τοῖς ὅροις τοῖς δεδομένοις gJ τοῦ ὅρου τοῦ δεδομένου NGMLK)
53, 9 τῆς ἐξάδος WΘ^{2}Mos (ἐν om) SDgMLKℭ𝔅^{1}ξmix: **τοὺς ἐξάδους** cett (cf TX dittograph corrupt, AΔP)
57, 12 ἔσται 𝔅^{1}ξmix: **ἐστὶν** cett (cf ℭ)
61, 10 ὑβρίσθης 𝔅^{1}ξmix cf ℭ: **ὑβριστὴς** cett (add εἰ AW)
65, 11 εἴ μοι Θ (ex ἐμοὶ corr ipse) Mos, cf P, S𝔅^{1}ξ mix: **ἐμοὶ** cett (cf A^{2}Δ, εἰ ἐμοὶ P^{2}g^{2}NGMLK εἴθε μοι Dℭ εἰ μὴ ξ^{2})
68, 5 εἰπέ μοι PSDK𝔅^{1}ξ fhBucO: **ἐπ' ἐμοὶ** cett (cf A ἐπ' ἐμὲ Θ om MLℭ)
72, 14 ἀποδῶμεν ΘS𝔅^{1}ξfhO: **ἀποδώσωμεν** AWChMos PJM **-σομεν** cett (ἀποδοίημεν Π var TXY)

incerta

3, 6 τοῦ recte cett: οὐ TXYAΔP om Mos
3, 8 ἑαυτῶν καὶ ΘSℭMLK cf Ω καὶ ἑαυτῶν XY καὶ (coll ἑαυτῶν ante κατασκ.) 𝔅^{1}ξf ἑαυτῶν cett
4, 3 ἡμῶν YA^{2}WMℭΞΦ om TXΩΓξd ἡμῖν cett (et scr ἔνδον D)
5, 4 ἐξεῦρον ΘPDΨ (ex -εῖν corr), cf Ω, mix (om θαυμαστῶς) om multa YWJN𝔅^{1}ξ ἐξευρεῖν cett (MLK = ℭ)

5, 8 ἐνενόησα (post δημιουργὸν) PChMosmix (ἐννενόησα f) ℭΩ ἐννόησα J om 𝔅^{1}ξ ἐνόησα cett
10, 3 ὑπὲρ YW (ἐκπίπτοντα) cf 𝔅 = ξf: ὅπερ cett (om in var ℭ de Θ vid p. XXXV)
13, 6-7 vid app. om aliquot verb per errorem TX om multa S om in var ℭ ordin verb mutav cett (ἀληθῶς ΘD𝔅f)
20, 3 ἀδολέσχην ΔΘΓξdf cf Ω: ἀδολεσχεῖν cett (cf Y, -σχοῦντα PSDML QhBucO var ΛF contamin Π)
20, 15 ἀνθρωπίνοις Y^{2} WChP𝔑 (exc K), cf ℭ, ΩΞΓξd (ex corr) fQh: ἀνθρώποις cett
21, 10 εἴ τι recte cett (vid app, ξfQ = 𝔅): ἔτι XYAΔChMos hBuc J εἰ ἔτι S
35, 6 διαγούσης Y𝔅ξfQBuc: διαγούση cett (cf T var ℭ)
40, 6 λογίων X𝔅ξfO: λόγων cett (corrupt D)
50, 4 ἀφειδεῖς ΔΘ (vid p. XXXIX) PSD𝔑 (exc N) ℭ: ἀφεὶς δὴ TAChhBucO ἀφεὶς Mos, cf X, ξfQ = 𝔅^{1}, ἀφειδῶς WN
57, 2 κατάκρισις τοῦ Λάμεχ vid app et supra p. XXVI, nescio an casus dativus qui bene congruit cum 56, 19 ἀναλογοῦσα retinendus sit cum TX et 1 ὡς secludendum.
61, 5 ἐπιλάθου ΘChMos (ι ex ε corr) DHGMLK (ι ex ε corr) 𝔅^{1}ξQ: ἐπελάθου cett (om W = TX om multa ℭ)
69, 10 παρείσδυσιν XD cf Y: παράδυσιν Θ^{2}𝔅^{1}ξfh BucO παράδοσιν cett (J = P πάροδον SNGMLK g^{c}A^{2}FΠ)
70, 13 κωλύει (post πόρρωθεν) YΔΘSD cf 𝔅^{1} (ξfhBucO = Γ) ἐγκωλύει cett (ἐκκ- T𝔑P^{2}, var ℭ) simili dittograph peccav PS p. 4, 3

(loci difficiles sunt 3, 7; 8, 1; 19, 14; 23, 3; 24, 8-9.12.14; 26, 2; 27, 4; 28, 2; 31, 1; 33, 8; 36, 2; 43, 15; 45, 15; 46, 6; 50, 11; 57, 13; 59, 6 (σχολάζει W = ℭ); 63, 12; 66, 3; 71, 7.9)

Multa quoque interpolata sunt modo singula verba modo maiora membra. quorum non iam manifesta a coniectis segregavi. neque typis crassioribus usa sum.

Ex singulis verbis haec arguunt librarios non satis attentos fuisse

36, 6 [ἡ] om ΘHMLΦΓξdf (var Ω var ℭ); 43, 8 [πρὸς] om MLℭ𝔅^{1}ξfQ; 44, 13 [καὶ] om Θ (vid p. XXXVIII) Dℭ𝔅^{1}ξfQ; 47, 9 [διέβαινεν] om Θ𝔅^{1}ξfQ et W qui scr 8 προβαίνων, distinx post διέβη, add ἔφθασεν post 10 σωφροσύνην. et cf TX; 59, 2 [ἀλλ'] ante ὅμως (sic) add codd (de Θ vid p. XL, mix = Γd, var ℭ); 65, 8 [διὰ] om ΘML et in var 𝔅^{1}ξ (et om διὰ τῆς μιμήσεως) mix. διὰ: τὰ P^{2}N de K vid p. CXX; 69, 1 [ἐπὶ] om W, pro οἷον ἐπὶ scr οἱονεὶ SMLK cf Γ. fort ἐπιπλημμύρας cum ΘMos retinend.

per errorem irrepsisse puto 50, 10 [σημαινομένων ἢ] om ΘDFΠ 𝔅¹ξ mix (MLK = S), ex coniectura post corruptelam ortam 42, 11 [μεγέθη] om 𝔅¹ξmixF om multa ΛΠ (fort ℭ corruptelam legerat) scr καταλαμβανόμενα μεγέθη g.
incertum est: 46, 6 add ἡ ante ψυχῆς αὔξησις omnes praeter ΔΘPSD (vid 𝔅 et ℭ); 58, 3 post ἀξίαν add ἀντίδοσιν TXΛΔΘCh Mos add ἀντίδοσιν τῶν ἀγαθῶν W add ἀντίδοσιν sed om 4 ἀντιμέτρησιν hBucO coll 4 ἀντιμέτρησιν 𝔅¹fQ nil add neque transpos PSD𝔑ℭ

ceterae aut variae sunt lectiones aut glossae

3, 12 τὸ ἡμέτερον [τὸ ἀνθρώπινον]: τ.ἀ. om ℭ τ.ἡ. om ML Par 777A; 13, 5 [ἀόρατον] τὸν ἔσω: τ.ἐ. om S τὸν om H τὸν ἀόρ. ἐ. coll 𝔅¹f; 17, 7 ὑπὲρ [ἐπὶ]: ἐ. om TWΘℭ ὑ. om DQ (τὸ πέλαγος) hBucO delev Mos, ChΨHgJNG = Xal, MLK = S, f = 𝔅; 23, 5-6 †ἀπὸ τεσσ. ἔτους: fort glossa ad 5 ἔφηβος falsum in locum recepta cf Θ p. XXXVI et ℭ. om DMLO. ἀπὸ—αὐξ.: ἀπὸ ἑπτα ετοῦς αἱ αὐξήσεις ἀλλήλας διαδεχόμεναι Mos; 24, 5 πέρατος [ὅρου]: ὅρ. om ΩΞΦℭ μέχρι π.ὅρ. om Γξdmix. supra ὅρου sic scr τέλλου H. vid p. XXV; 27, 2 ἐπιτηδεία [ἢ βελτίων]: ἢ β. om ΘℭBucO delev h^c (cetera hBucO var cum Γξd = fQ) ἐπιτηδείων ἢ βελτίων Y Ch (-δίων) Mos PH (-δεία) g (ἡ) JNG; 57, 2 [ἑβδομηκοντάκις ἑπτά] aut ex marg ubi ad 56, 17 adscripta erant huc illata sunt aut in glossis numeranda. de WChDgJK vid p. XXVI τὰ ἑβδ. ἑπτὰ mix = 𝔅¹
de variis lectionibus quae praeterea in archetypo fuisse suspicor vide infr.
nescio an hi quoque loci interpolati sint 4, 6-7; 6, 12-13 (om ΩΛFMLK); 36, 8-9; 55, 12; 56, 17; 58, 10; 65, 3 (om ΘPSDg et ξ mix cum 𝔅¹); 70, 1; ib 8 (Ch = Γ)

membra quae addita sunt partim ex margine in textum irrepserunt

45, 6-7 [ἐκεῖ εἶπεν—ἀπὸ τῆς γῆς] om W𝔅¹ξfℭ om sed add post 7 χερσὶν 6-7 ἐκεῖ—χερσὶν Q (6 ἐκεῖ: οὐκ H, de ὅτι vid corruptelas, add δὲ NGMLK = Δ 7 aut τῆς aut γῆς om Ch); 48, 14-15 [τουτέστι —ὑπηρεσίαν] om 𝔅¹ (post γῆν add ἔργων ἀγαθῶν ξ) fQ; 50, 14 [γυψὶ—διαιτᾶσθαι] om 𝔅¹f; 62, 1-2 [ἐγὼ—γῆν] om ℭ (δὲ om sed inser N vel N²)
nescio an haec quoque membra illata sint 9, 11-10, 1; 22, 6 (om Ω); 37, 11 (om ChMosPS𝔑 (exc g) ℭΩhBucO, add καὶ ante οὐκ Θ); 40, 5-6; 44, 11-12 (om 𝔅¹fQ, add ἢ post ἕτερος Θ²); 65, 3 (om ΘPSD𝔅¹mix)

partim e contextu composita sunt ut veteres lacunae complerentur

18, 15 ὥστε—καταφρονεῖν T: ὥστε στῆναι ὁρμὴν λέοντος (ὥστε στῆναι λέοντος εἰς ὁρμὴν Θ, ὑποστῆναι mix ὑπομεῖναι W, ὁρμῇ ML); 25, 7-8 †ἵνα—κτίσις (7 αὐξάνεσθε alt om W (distinx non ante sed post 8 πληθύνεσθε), ἐν ante ἑνὶ om Ch ML)

alia autem ratione sententiae doctae initio primi sermonis et fini alterius illatae sunt

7, 4 πνεύματι ἁγίῳ (ἁγ. πν. WΘDH); ib 13 [καὶ ἅγιον πνεῦμα] TXℭMLK𝔅f καὶ πν. ἅγ. cett; 8, 6-7 καὶ ἦν—υἱῷ (om Ch sed in marg adscr, WΘDΨg = SF, MLK = ΛΠ); 7, 14-8, 1 [ἑνώσεις—δύναμιν] (ἑνώσει ΨHg, τὴν δυν. vid corruptelas, MLK = ΛF); 8, 4-5 [ἰδία—θεότης] (MLK = Λ sed om καὶ ante τρεῖς, ἁγ. πν. coll H 5 γοῦν Buc, add ἡ ante θεότης WΨH, θεοὶ om N, ξ = Γ sed post πρόσωπον γν. eras καὶ ἰδία υἱοῦ)

ad Patrem et Filium quidam addidit Spiritum Sanctum. deinde aut idem aut alius quaestione Sanctae Trinitatis suscepta veram fidem adversus utramque partem notissimam defendit. hoc ea tempestate accidisse verisimile est cum de Trinitate et Spiritu Sancto summo studio decertabatur i.e. ultimis decenniis saeculi IV et primis saeculi V. sed quoniam posteri symbolum simili modo explicare solebant — ut unum e recentioribus laudem confer Ioannem Hierosolymitanum adversus Iconoclastas (PG 96, 1352 C11-D2 et 1353 A) — concedere debemus multos fuisse inde a saeculo IV-V qui textui nostro et Spiritum Sanctum et definitionem Trinitatis inducere possent. ceterae quoque interpolationes quamvis mihi vetustissimae esse videantur certo tempori adscribere non possum. quarum quattuor vir in naturali scientia versatus adhibuit, duas aut ille aut alius ornandi magis quam explicandi causa.

68, 9-10 [προιοῦσα—ἑνοῦται] (προσιοῦσα ChH); 69, 8 [ὁ μὲν—κερατοειδής] (κερατοει(δής) in ras scr Mos); 70, 5-7 [διὰ τοῦτο—εὐεπιχείρητος] (ἀεὶ: ἂν εἴη Θ optime, add ἐστὶν MLK sicut 𝔅¹fh BucO), 71, 7-9 [ἥ τε πάροδος—προβολῆς] om ℭ (ἥ τε: εἴτε Ch ἡ γὰρ

fhBucO = $\mathfrak{B}^1$ οὕτως ἡ ML ἥτ(ε) in ras 6 litt scr K‘, κατευθύνηται WΘ). fortasse eidem ingenio debetur illud 69, 11 ἑκάτερα quod add codd praeter TXYWΦ, vid app (ἑκατέραν ΘfhBucO ἔχῃ ἑκάτερα coll H). fuitne prius ἐφ' ἑκάτερα quod interpolator ea ratione addidit ut opiniones de visu diversissimas quas auctor promiscue retulisset unam cum altera compensaret? 70, 14-16 [οἰκεία—παρεχομένη] (16 χαριζομένους Ch -ζόμεναι Mos, fhBucO = $\mathfrak{B}^1$ sed 14 φυλακὴ om et post τὸν ὀφθ. add φυσικὴ hBucO); 71, 9-12 † διὰ τοῦτο—ὀφρύες (9 τῶν ὀφθαλμῶν ChMosJ 10 καὶ om ChMos, τὸν: τῶν ChMosNGK τὸν ἐκ om gJ ἱδρώτων ChMosJNGK 11 γίνεσθαι WChMosfhBucO). quem locum hoc fere modo restituerim οὕτως ὀφρύες τὸ ὁρατικὸν κατευθύνουσι. εἶτα καὶ τὸν ἐκ τῶν πόνων ἱδρῶτα οὐκ ἐῶσι ἐπιρρέειν καὶ κώλυμα γενέσθαι τῇ ὄψει. διατειχίζουσιν αἱ ὀφρύες.


subiungo ut promisi varias lectiones quas si non in archetypo extitisse tamen non multo post inter classes versatas esse arbitror. (vide in app quomodo ceteri testes a societate assueta digressi alius cum alio his locis conspirent.)

10, 2 ἀναφὲς (DgGMLK -φῆς J): ἄφες (WΘ) ἀφαῖς (Ch Mos (vid p. XLIV) ΨHN); ib 3 ἀόριστον (H ut vid): ἀόρατον (WΘ ChMosDH^2 cett ex 𝔑); 16, 13 ὄντα (ΘChMos): om (WD); 19, 2 τίς add: non add (WΘCh Mos D); 21, 14 καὶ πληθύνεσθε (WΘD): om (ChMos); ib 15 τὰ ὕδατα (WΘDMLK): ἡ γῆ (Ch MosHgJNG); 24, 7 ἡ ante ἀραιοτέρα add (ChHJNGK): non add (WΘMos (ἀραιοτ.) DgML); 25, 6 χωρεῖ (WDNGMLK (vid p. CX) χωρήσει Θ χωρίζει (ChMosHgJ); 26, 9 τὸ (WHMLK): τοῦ (ChMosΘ (vid p. XXXVII) DgJNG, cf T!); 29, 7 εἶπεν certam sedem non habuit, WΘD = A al; 30, 6 ὁ ante μισθός add (Ch (sed eras) MLK): non add (WΘMos, om multa D); 32, 11 οἰκτιρμοῦ (ChMosDHgJNMLK sec Script): οἰκτιρμῶν (WΘG); 33, 11 δὲ post ἐπειδὴ add (DMLK): non add (ChMos cett ex 𝔑, WΘ = ℭ); 38, 1 δὲ (WΘ (sed eras) D): om (ChMos); ib nota bene πρίων: τρίζων T et Θ τρύζων MLK; 41, 4 δὲ (WΘMos (et scr τέως) D: om (Ch); 44, 13 ὃν (ΘDHMLK ex corr): οὗ (WChMosgJNG, cf T!); 46, 3 μέμνησο (ΘCh (-σω) Mos J): μέμνησαι (WDH (-σῃ ut vid) gNGMLK); 48, 6 τῶν ante ἀσθενούντων add (ΘCh): non add (WMosD); 51, 13 τῷ (WΘChDLK): om (Mos Hg JNGM); 52, 9 ὀσφραντοῖς (WΘD): ὀσφραντικοῖς (Ch,Mos -κὰς); ib 16 δυνατὸν (WΘD): δυνατόν τε (ChMos); 53, 1 οὐδὲ (ΘChMosD): δὲ (W); 56, 18 ἐκδικεῖται (ΘCh): ἐκδεδίκηται (MosD sec Script); 59, 1 οἱ ante ἄγγελοι add (gJMLK, cf H οὐδὲ οἱ: οἱ δὲ): non add (WΘ (vid p. XL) ChMosDNG); 61, 15 ἐκ τῆς (ΘChMos): ἀπὸ (W, τὸν ἀπὸ D); 62, 11 ἢ (ChD): om (WMos) ἢ καὶ Θ eras ἢ Θ^2; 63, 12 κατεπιτηδεύμασι (gNGK prius): κατ' ἐπιτηδεύμασι (ChJK‘ hBucO) κατ' ἐπιτήδευσιν

(WΘMos (κατεπιτ.) Qf) κατ' ἐπιτήδευμα (HML); 67, 2 νεύοντες (ChMosDJNG) συννεύοντες Θ: βλέποντες (HgMLK, om multa W); 71, 1 προβόλαιον (WΘChMosHgJNG): περιβόλαιον (MLK); 72, 7 ὁ non add (ChHgJ, om multa Mos).

His mendis si non omnibus at certe plurimis textum videmus depravatum priusquam eius memoria in stirpes nobis notas discederet. sermones igitur quos quidem multi receperunt ut per saecula recentiora ita per antiquitatem e manibus uniuscuiusque fere scribae emittebantur mutati. quantum posteri sollertia doctrinaque efficiebant tantum priores ignorantia atque temeritate: nullo tempore memoria incertae auctoritatis videtur abolevisse. sed certum sibi locum invenit hoc opusculum, quo factum est ut contaminatione stirpium intactum traderetur. constat enim e testibus gravissimis id fuisse usitatum S. Basilii Homilias in Hex, sermones De creatione hominis, S. Gregorii Nysseni librum De hominis opificio in unum colligere. neque dubito hunc usum ad ipsam antiquitatem exeuntem referre, quoniam documento mihi sunt Gregorii Nysseni opera exegetica cum In Canticum atque In Ecclesiasten tum De oratione dominica atque De beatitudinibus, iam illo tempore in singulis ut ita dicam corporibus comprehensa. talis textuum collectio nescio an tum in usum venerit cum volumina papyracea in codices membranaceos transscriberentur. utcumque haec res se habet id mihi persuasum est sermones postquam aliquot detrimenta cepissent in tutelam operum illustrium Basilii atque Gregorii venisse, deinde in talium auctorum honorem auctos atque fucatos esse. ex titulis autem genuinis non concludi potest sermones iam ab initio cum homiliis Basilii angustissimo vinculo coniunctos esse, immo vero posteri videntur fuisse ii, qui opus Basilii non perfectum putabant nisi his spuriis adiectis.

Habes meum de libris manuscriptis eorumque fonte communi iudicium. recensio denique hoc stemmate hyparchetyporum codicum conficiatur.



De editionibus impressis earumque apographis manuscriptis

Non est cur speremus textum a librariis tot modis vexatum ab editoribus fidelius conservatum esse; et hercle reperimus in libris qui typis excussi sunt mixturas diversarum memoriae stirpium aut doctas coniecturas permultas.

Basil. 1532 D. Erasmus Roterodamus, cum Hieronymo Frobenio persuasisset, ut primus apud Germanos Graecum auctorem antea non evulgatum, Basilium Magnum, formulis excuderet, sermones περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς quos inscripsit ut homiliam in Hexaemeron decimam undecimamque typis exscribendos curavit. id factum est Basileae anno 1532. huius editionis textus p. 79-98 impressus, quem paucis exceptis eundem in volumine 44 Patrologiae Migneanae Graecae (col. 257-297 = v) legimus, e codice Bodleiano N vel eius gemello sumptus multisque recensionis 𝔅 lectionibus auctus atque mutatus est. nam editio anni 1532 cum codice N contra ceteros multis locis conspirat: (cf siglum v in apparatu critico exinde semper) p. 6, 5; p. 8, 8; ib 9 (cum ΥΦ); p. 15, 6; p. 19, 7 οὐκ ἀποπαίζει N ed 1532; ib 14 γὰρ om N ed 1532; p. 24, 4; p. 25, 13-14; p. 37, 15 φρονῶν N ed 1532; p. 48, 16; p. 53, 12; p. 62, 3 (cum P²); ib 10; p. 63, 5 (cum P²); p. 66, 5 (cum P²S); ib 15 (cf P²); p. 71, 7; ib 11-12 (cum TX); p. 72, 9 τεχνικῶς om N ed 1532. auctorem textus vulgati codice N correcto usum esse his locis apparet: p. 20, 3 ὅμως om N add Nᶜ habet ed 1532, variavit 𝔅; p. 55, 15 (vid app crit) Οὐ — ἑπτά add Nᶜ habet ed 1532, Ὁ — ἑπτά non add 𝔅¹. quibus lectionibus neglegentia plerumque ortis angusta inter N et ed 1532 familiaritas probatur. quae autem menda editioni 1532 et cum codice N et cum aliis

familiae 𝔑 testibus communia sunt, enumerare supersedeo.

De lectionibus ex 𝔅 acceptis omnis fere pagina apparatus critici testimonium dat, ubi ea quae v contra totam familiam 𝔑 ceterosque codices cum recensione 𝔅 legit nota 'ex 𝔅' vel simili distinguere solebam, quo magis eluceat quantam diligentiam vir ille doctus ad textum componendum adhibuerit. ex quo codice hae lectiones sumptae sint, non liquet, apparet tamen ex p. 3, 5; p. 19, 13; p. 28, 8 librum illum gregi Γξd cognatum fuisse; confer etiam p. 3, 2 λείου : ἡλίου et N et Γξd, quem locum corruptum ed 1532, cum non haberet unde corrigeret, omnino omisit.

Ad hos duos fontes omnia quae in textu anno 1532 vulgato leguntur reduci possunt perpaucis exceptis: p. 3, 2 vide supra; p. 16, 11 ἐλευθέραν recte ed 1532: ἐλευθερίαν N ἐλευθέριον 𝔅 (-ρίαν d); ib 14 κητῶν N𝔅 (ἄλλων d) : νηκτῶν ed 1532 et g; p. 17, 13 πόνον N𝔅 (om d) : τόνον ed 1532; p. 21, 11 ἐπισκεψάσθωσαν N𝔅 : ἐπισκεψάτωσαν ed 1532; p. 26, 1 κυρίως NB : κυρίους ed 1532; p. 39, 6 χρὴ 𝔅 : χρήματα N χρήματα μὴ (sic) ed 1532; ib 9 ἄκοσμα τὰ 𝔅 : ἀκούσματα N ἀκόσμητα ed 1532 et g; p. 44, 9 ἀλλὰ τοίνυν N ἀλλὰ τοίνυν ἄνω μὲν $\mathfrak{B}^1$ ἄνω τοίνυν ed 1532; p. 54, 4-5 ἐπισεμνύνεσθαι N ἀποσεμνύνονται in var $\mathfrak{B}^1$ ἐπισεμνύνονται ed 1532; p. 62, 12 αὕτη : αὐτὴ N var $\mathfrak{B}^1$ om ed 1532; p. 63, 6 τῶν ἐν σοι N σοι in var $\mathfrak{B}^1$: συ ed 1532; ib 14-64, 1 μέγα φρονοῦντα; μέγα φθεγγόμενον N μέγα φρονοῦντα(ς) $\mathfrak{B}^1$ μέγα φθεγγόμενον μέγα φρονοῦντα ed 1532. haec partim menda partim coniecturae sunt, e quibus mixturam fontium probare videntur p. 44, 9; p. 54, 4-5 et fortasse p. 39, 6, ubi typothetam pro χρὴ falso μὴ scripsisse suspicor.

Si fontes unde hic textus compositus est respicimus, facere non possumus quin virtutem conditoris admiremur. qui postquam codices alterum cum altero diligentissime contulit, meliorem pro fundamento posuit, ex altero lectiones idoneos elegit, omnino fere se abstinuit, ne coniecturis suis memoriam codicum obscuraret. quisnam fuit ille vir subtilis acutus cautissimus? an Erasmus ipse? hic quidem in praefatione contendit Basilii editionem Frobenianam non suis sed alienis lucubrationibus deberi, et profecto non omnia Basilii opera quae sub prelum misit sua ipsius cura percensuisse videtur, sed eo fuisse contentus, quod exemplaria manuscripta conquireret atque typothetae subministraret—confer quae de exemplaribus huius editionis coniecerunt Styg Rudberg (de codice Monacensi 141 olim Tubingensi) Eranos LVIII, 1960, p. 20 sqq et P. S. Allen (de Basilii Magni et Gregorii Nazianzeni epistolis Graece ab Opsopoeo editis Hagenoae anno 1528) Opus epistularum D. Erasmi Rot., Oxonii 1928 vol. VII, p. 401 adn. 10. sed tamen, ne modestis illis verbis fallamur, constat Erasmum iam ex eo tempore, cum tertium in Anglia versabatur, Basiliis operibus tractandis se dedisse (cf ex.gr. ep. 229, op. cit. vol. I, p. 469). quo tempore ille ex bibliothecis amicorum Anglorum ut alios codices ita fortasse eum, qui nunc in bibliotheca Bodleiana conservatur, sibi comparare potuit. neque nobis recordantibus, qualis fuerit aliis illius temporis editoribus usus miscendi (de quo vide praefationem editionis Venetae anni 1535 et Dom J. Gribomont, op infra p. CLXVIII cit p. 326 sqq) non alienum videtur suspicari Erasmum, cum sermones illos quorum in textu tot viri antea offenderant percenseret, ipse quoque ad textus conflandos inductum esse. miramur tamen quod ille nihil fere suo ingenio confisus correxit, miramur etiam magis, quod vir tanti iudicii, qui plus semel de uno altero Basilii operum dubitans subtilibus argumentis quae sentiret explicare solebat (cf ex.gr. ep. 2643 de Basilii libris De Spiritu Sancto, op. cit. vol. X, p. 13 sq) ex indole nostrorum sermonum suspicionem non duxit.

Sed de hac re videant ii, quibus Basilii Homilias in Hexaemeron edere curae est (cf D. Amand, Rev. Bén. LII-LVI 1940 sqq de editionibus S. Basilii operum). quicumque textum sermonum quem in editione principe legimus constituit, sive librarius alicuius codicis nunc deperditi sive Erasmus Roterodamus, e duobus fontibus textum commiscuit, sed a coniecturis adhiben-
Basil. 1540 dis se tenuit. qua abstinentia non fuit Janus Cornarius Zviccaensis, medicus sui temporis notissimus promotorque studiorum Graecorum inter medicos optime meritus, cum paulo post in unum colligens quae editio prima Basileana quaeque editio operum asceticorum Veneta anni 1535 praebebant Basilii opera Latinitate donaret et anno 1540 ex officina Frobeniana in lucem proferret. scilicet in iis quae editor intacta reliquit, interpres acquiescere non potuit. extant in Cornarii versione Latina multae lectiones variatae, quas omnes in edi-
Basil. 1551 tione Graeca anno 1549 a Cornario praeparata atque biennio post apud Frobenium typis excussa recognoscimus. Cornarius quamquam in praefatione sua testatus est se dedicare — ut ipsius verba reddam — 'τεῦχος . . . πρὸς παλαιότατα ἀρχέτυπα ἐπανωρθωμένον', tamen, ut mihi quidem videtur, praeter editionem Erasmianam nullo codice exemplari usus est. lectiones Cornarii proprias quamvis omnes fere dignae sint quae enumerentur praetereo. vide tantum quam ingeniose ille duos locos asperiores emendaverit: p. 23, 3 6 ἡ — ἔτους: ἡ τρίτη λοιπὸν ἡ τῶν ἐφήβων. πρῶτον γὰρ παιδίον εἶτα παῖς εἶτα ἔφηβος, ἀπὸ τεσσαρεσκαιδεκαέτους, εἶτα ἀνὴρ (sic) ed 1551; p. 69, 8 ὁ μὲν κρυσταλλοειδὴς ὁ δὲ κερατοειδής: ὁ μέν, κερατοειδής, ὁ δὲ ῥαγοειδὴς ed 1551. nonne medicum doctissimum sensis?

cod. Paris. 478 Ex Cornarii editione Graeca primus De creatione hominis sermo ad litteram descriptus est in codicem Parisinum graecum 478 (Regius-Clement 2287, 2, cf

58 R, t. I p. 54, Amand op. p. CXXI cit. p. 9-10) chartaceum inde a fol 105v usque ad superiorem partem folii 108v. reliqua huius folii pars scriptura vacat. sermonem antecedunt S. Basilii Homiliae in Hexaemeron IX a quinque manibus diversis exaratae, sequuntur Constantini Harmenopuli Prochiron legum (fol 109r) et varia huius generis. iam diu de aetate codicis viri docti inter se dissentiebant. nunc demum certis argumentis probari potest hunc librum, pro nostra quidem parte apographon editionis Frobenianae alterius, saeculo XVI ascribendum esse. nam scriba non solum omnes lectiones Cornarii repetivit, sed etiam totas lineas huius exemplaris omisit velut p. 19, 4-6 (παρα)σκευάσας — τὴν ἀσ(φάλειαν) = lin 30 pag 46 ed 1551; p 22, 3 post καὶ pr, ubi lin 3 pag 47 ed 1551 desinit ad initium lineae 5 aberrans exaravit verba (5) κατ' ὀλίγον — αὐξήσεως; deinde ad lineam 7 pervagatus, ubi (9) αὐξήσεως eodem lineae loco impressum repperit, contexuit οὐ γάρ. postea autem quae falso addidit expungens textum ex integro recte descripsit; p 16, 2-4 πρῶτον — ἰχθύων = lin 3-4 pag 46 ed 1551 simili errore perductus omisit. praeterea vocabulum ἐπὶ in ed 1551 compendio peculiari excussum semper fere cum vocabulo καὶ confudit. alia quoque librarius depravavit, quem tamen non indoctum fuisse aliquot notae marginales probant velut ad p. 25, 7-8 αὐξάνεσθε ἵνα μὴ ἐν μιᾷ ἡλικίᾳ περιορίσθῃ ἡ κτίσις; ad p. 35, 10 ση(μείωσαι) ἀκριβῶς κατὰ τῶν λεγομένων οὐκ ἔξεστι τὴν γυναῖκα ἐλεημοσύνην ποιεῖν λάθρα τοῦ ἰδίου ἀνδρὸς ἐκ τῶν τοῦ οἴκου.

Venet. 1548 Cornarii editiones paulo post oblivioni datae sunt. versio eius Latina iterum excussa est Venetiis anno 1548 una cum aliis Basilii operibus ab Adamo Fumamo in
Basil. 1552 Latinum conversis, deinde Basileae anno 1552 et anno
Basil. 1566 1566 in officina Frobeniana. editionem Graecam nemo, quod sciam, usque ad Frontonis Ducaei tempora iterum

iterum sub prelum misit. nam evenit, ut quibusdam displiceret et vir ipse, quippe qui ad Lutheri doctrinam se applicaret, et eius lucubrationes, quae barbari potius esse viderentur quam viri linguae Latinae periti. qua de causa processerunt, qui in medicum doctum aliosque doctrinae novae studiosos acerrime invecti ad S. Basilii opera recensenda Godefridum Tilmannum, monachum Carthusiae Parisiensis, evocarent ‘quo is collatione Graecorum exemplarium supervacanea quaeque per varios interpretes inserta sui stili lima eraderet atque expungeret, asperiora ceu pleraque occurrerunt, levigaret ac perpoliret, minus per se perspicua illustriora redderet paraphrasi.’ quibus verbis Ludovicus Miraeus Rosetanus in epistula nuncupatoria
Paris. 1547 novae editionis (Parisiis anno 1547 a Carola Guillard apud Ioannem de Roygni excussae) munus interpretis definivit. hac ratione igitur monachus Carthusianus provinciam in se recipiens seque ad editionem Erasmianam ut apparet referens decimam in Hexaemeron homiliam et item undecimam, ut ipse praedicavit, ‘σποράδην pro loco diffudit paraphrasi, quo utraque exiret explicatior’. quo autem explicatior atque elegantior eo licentiosior est haec translatio eoque minoris apud nos momenti. quod Tilmannus hic illic cum Cornario congruit, nescio utrum casu an studio acciderit. homiliis
Paris. 1566 in Hexaemeron undecim Tilmannus primus editorum
Paris. 1571 recentiorum sermonem De paradiso adiunxit, de quo infra mihi disserendum est. postero tempore versio Godefridi
Paris. 1603 Tilmanni saepius excussa est: Parisiis apud Ioannem de
Antverp. 1616 Roygni anno 1566, apud Sebastianum Nivellium anno 1571, apud Laurentium Sonnium anno 1603; Antverpiae in officina Henrici Aertssii anno 1616, Coloniae Agrippi-
Colon. 1617 nae sumptibus Antonii Hierat anno 1617.

Lips. 1566 Exstat tertia interpretatio Latina, quam Victorinus Strigelius Lipsiae anno 1566 publici iuris fecit (S. Basilii

De operibus sex dierum homiliae undecim). hanc versionem adhuc inspicere non potui.

Usque ad saeculum igitur XVII iniens typographi seduli sermones nostros in Latinum conversos excudere perrexerunt, ut Basilii in Hexaemeron homilias auctiores redderent. quamquam iam diu extiterant, qui de auctore sermonum dubitarent. saeculo XVI medio Petrus
Venet. 1553 Franciscus Zinus Veronensis ‘orationes in hominis procreationem duas’ in codice quo varia Gregorii Nysseni opera conservabantur invenit easque Latine redditas una cum aliis et eiusdem auctoris et aliorum patrum operibus apud Aldi filios Venetiis anno 1553 typis mandavit. liceat mihi ex Zini praefatione haec proferre (p. 5) ‘. . . duas adiunximus (scil Gregorii Nysseni Explicationi in Hexaemeron) orationes in hominis procreationem admodum pias, quae licet ab eiusdem auctoris, et multo etiam magis a Basilii Magni, cui eas a quibusdam falso attributas audio, scribendi consuetudine abesse videantur, antiquissimae tamen sunt, et aut ab ipso Gregorio adhuc iuvene forte compositae, antequam absolutissimum illum librum de homine, qui graece, latineque exstat (scil De hominis opificio), perscripsisset, aut ab aliquo eiusdem aetatis viro tum pio, tum minime indocto. certe in codice vetustissimo, quem mihi . . . Antonius Gibertus accomodavit, commentariolum ipsum in mundi fabricam (i.e. Explic. in Hex) statim subsequuntur: ut, quoniam in eo omittitur de homine procreatione consideratio, ipsae locum illum explerent . . .’. codex ille Graecus, quem Zinus accepit, codici Vaticano Graeco 1433 = Z, apographo codicis S, simillimus fuit. Zinus enim non solum ubique cum S consensit nisi cuidam licentiae interpretum indulsit sed etiam quae Z variavit ipse variavit, quae Z omisit ipse non novit. cf quae supra p. LIII de Z commemoravi et PG 44 Mignei col 275, 10; ib 16; 290, 25; ib 60. et cf p. 6, 12 ≈ col

259, 29 βούλεται S βουλεύεται Z 'consulit' Zinus; p. 9, 4 ≈ col 262, 14 ἀφαρμόζουσαν S ἀφαρπάζουσαν Z 'imminuit' Zinus; p 59, 3 = col 289, 18 πᾶσιν ἐμβάλλει τρόμον S πᾶσιν ἐκβάλλει τρόμον Z (ἐμβάλλει Z^2) 'metum omnibus abstergit' Zinus; 50, 14 ≈ col 283, 42 σύνηθες SZ α sccr Z^2 'nec . . . assueverant' Zinus. equidem igitur persuasum habeo codicem Z nondum correctum exemplar Zini fuisse. similiter sentit A. Spira qui de Zini versione ceterisque Gregorii Nysseni operum editionibus subtiliter disseruit vol IX p. 412 sqq.

Paris. 1573 Anno 1573 omnia Gregorii Nysseni opera quae usque ad id tempus Latine evulgata erant Parisiis apud Sebastianum Nivellium collecta atque denuo excussa sunt. in huius editionis praefatione ea, quae Zinus de sermonibus nostris opinatus erat, et referuntur et his verbis refelluntur (vide vol 44 PG Mignei, col 55-62): 'Nos tamen conicimus ex primae orationis initio ubi scriptum legitur: 'Iniquum esset cum ea quae ad feras tum nantes, tum gradientes, tum volantes, quaeque ad coelum ad eaque quae in coelo sunt, quaeque ad terram et ad ea quae sunt in terra pertinent, didicerimus etc. easdem non esse Gregorii nostri: neque enim de hisce tractavit, sed Basilius in Hexaemero. Ambae autem si non habitae ad populum, tamen scriptae domi et coram recitatae videntur. Sed de his aliorum esto iudicium.' auctores igitur editionis Nivellianae sermones De creatione hominis, quos non agnoscerent genuinos, tamen in collectionem copiosam una cum Explicatione in Hexaemeron ceterisque orationibus per Zinum Latine redditis receperunt. hoc modo factum est, ut sermones nostri in Gregorii Nysseni operibus firmiter consisterent.

Venet. 1574 versio Zini anno 1574 Venetiis apud Zalterium iterum subiit prelum, deinde ex editione Nivelliana in magnam **Paris. 1605** illam Parisinam, quam Fronto Ducaeus anno 1605 apud Marcum Orry curavit, suscepta est, annis duodecim

Colon. 1617 post Coloniae Agrippinae ex officina Antonii Hierat prodiit. De editionibus textus bilinguis vide infra.

Interim viri docti de sermonibus disputare non desierunt alii Gregorium Nyssenum alii Basilium auctorem esse contendentes. huius partis erat Cardinalis Bellarminus, cum illis Fronto Ducaeus sensit. uterque, ut erat Societatis Jesu, eo tempore operibus patrum tractandis summo cum studio se dabat, ut novam doctrinam argumentis veterum refutaret iisdemque auctoritatem ecclesiae catholicae corroboraret. iam anno 1596 Fronto Ducaeus censuit homilias duas quae adiungi solerent B. Basili in Hexaemeron orationibus Nysseni esse proprias, quia non plures quam novem Suidas Basilio tribuisset. (cf quae Jacobus Gretser, ut videtur, notis Ducaei instructus in editione nonnullorum Gregorii Nysseni operum Ingolstadiana praefatus est. qui quidem liber nostros sermones non continet.) at contra Cardinalis Bellarminus anno 1612 enuntiavit Basilium homilias in Hexaemeron novem tantum initio scripsisse, easdem scilicet, de quibus sanctus Hieronymus mentionem fecisset, sed postea alias duas addidisse. (cf De scriptoribus ecclesiasticis, in Basil. observ. I, in Gregor. Nyss. observ. IV). vicit denique sententia Ducaei. cum enim opera patrum quam plurima Graece et Latine edenda Parisiis praepararentur, auctoritate Ducaei effectum est, ut sermones De creatione hominis Gregorii Nysseni operibus incorporati remanerent (in editione Claudii Morelli anni 1615), e Basilii autem libris secluderentur (i.e. ex editione anno 1618 apud Michaelem Sonnium et Sebastianum Nivellium excussa). Ducaeus autem non explicavisse videtur, quibus rationibus inductus sermones Nysseno tribueret, neque eos adnotationibus ut solebat ornavit. sed potest ut fallar. neque enim praefationem editionis 1605 neque editionem 1618 inspexi.

Paris. 1615 In editionem Claudii Morelli textus sermonum De creatione hominis Graecus ab editione Erasmiana anni 1532 receptus est. paucae lectiones correctae vel variatae inveniuntur, quarum aliae cum editione Cornarii congruunt (cf siglum v in app crit) 24, 13.14; 25, 12; 26, 2; 27, 6; 34, 5; 37, 12 (αὐτὸν ed 1532); ib 15; 39, 2.6.10; 42, 2; 54, 3 (τὸ non om ed 1532); 55, 4; 62, 16; 63, 12 bis (ed 1532 = Δ al); 71, 1 (ed 1532 = T al); 72, 16 bis (ed 1532 = 𝔑), aliae non antea in editionibus leguntur 4, 10; 9, 3 οὔκουν ed 1532: οὐκοῦν ed 1615; 33, 9 ἀποπέμπει ed 1532: ἀποπέμπεις ed 1615; 38, 10 ἴξω (sic) ed 1615: ἔξω ed 1532; 47, 14; 50, 11 φύσιν διεχώριζεν ed 1532: φύσιν διεχώρησεν ed 1615; ib 14; 53, 10 εἴ τῳ ed 1532: εἴσ πως ed 1615; 54, 8; 55, 15 ea quae add ed 1532, uncis inclusit ed 1615; 56, 3; ib 18 ἡ δὲ ed 1615: ἴδε ed 1532; 70, 1. huic textui Graeco Claudius Morellus versionem Zini adiunxit. diversitas autem quae inter textum Graecum et versionem Latinam intercedebat aciem editoris i.e. Frontonis Ducaei non fugit. itaque nonnullis locis versionem accomodavit ex. gr. 19, 13 post ἀέρα add οὐ γὰρ ἔχει πτερά v ex 𝔅, non add SZal: nil add Zinus add 'non enim habet ales' ed. 1615 = col 267, 19 Mignei; 59, 1 παρίστανται (scil οἱ ἄγγελοι) καὶ αὐτοὶ λόγον τῷ θεῷ δοῦναι SZal add οὐ ante λόγον v cum 𝔑: 'sed ipsi quoque stent rationem Deo reddituri' Zinus, 'sed ipsi quoque stent quamvis rationem Deo non reddituri' ed. 1615 = col 290, 18-20; ib 3 vide supra p. CXLVI et cf col 290, 20-21 = ed 1615 in uncis adhibendis Fronto non una ratione ubique usus est, sed inclusit nunc quae in versione plura quam in textu repperit, 10, 13 et 12, 3, nunc ea quae ipse in versione addidit, 54, 12-13. sed alia huiusmodi velut 17, 7; 19, 13; 48, 9; 57, 8-9; 59, 1 sine ullis uncis adiecit. cetera vix tetigit ita tamen ut severum se praeberet castigatorem, velut 57, 1 συγχώρησις: 'condonatio' Zinus,

'condemnatio' ed 1615 = col 287, 40; 65, 6 ἢ γυναικείαν διάθεσιν: 'vel muliebrem lenitatem' Zinus, 'vel muliebrem levitatem' (sic!) ed 1615 = col 294, 14-15.

cod. Urbin. 12 De editione Morelliana codex Urbinas graecus 12 chartaceus ab Iosepho Cretensi descriptus est (cf quae Hermannus Langerbeck demonstravit, vol VI p. LVII sqq). extant sermones De creatione hominis foliis 84-101 inclusi primus sub titulo τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου νύσσης εἰς τὰ τῆς γραφῆς ῥήματα ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ ὁμοίωσιν λόγος α^{ς} quod cum exemplari congruit, alter nihil prae se fert nisi verba λόγος δεύτερος, ubi in ed 1615 legitur περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς λόγος β'.

Paris. 1638 Migneus Editio Claudii Morelli anno 1638 ab Aegidio Morello repetita est. quam editionem Morellianam alteram J. P. Migne anno 1863 Parisiis denuo excudendam curavit (cf vol 44 Patrologiae Graecae col 257-297 = v). differt v ab editione 1615 his locis: p. 2, 6; p. 5, 5; p. 8, 11 add καὶ ante κατ' εἰκόνα edd vett (= ed 1532 et 1615); ib; p. 9, 1-2 parenthesin uncis notavit v; ib 4; p. 11, 12; p. 12, 8; p. 13, 2; p. 14, 9 θεῷ edd vett; p. 19, 8; p. 20, 4 τὸ v: τὸν edd vett; p. 25, 2 πάχῃ edd vett; ib 8; p. 26, 12; p. 28, 2 οὐκ edd vett; p. 30, 4 τὸ v: τῷ edd vett; p. 34, 7; p. 37, 1.4; p. 38, 10 εἰ edd vett; p. 40, 5; p. 41, 10; p. 43, 5 αὐτομάτως edd vett; ib 13; p. 44, 1 οὐκ edd vett; p. 46, 1 δι' αὐτοῦ edd vett; 50, 11 vid supra; p. 51, 8 οἷα edd vett; p. 52, 16 ἄγομεν edd vett; ib 18 ἀποπεμπόμεθα edd vett; p. 56, 17 ἑβδομηκοντάκις ἑπτά om edd vett; ib λέγει γὰρ non add edd vett; p. 60, 10-11 ἔλαβεν οὖν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον edd vett; p. 61, 2 καὶ non add edd vett; p. 67, 10 αὐτοῦ edd vett; p. 70, 4. menda orthographica a v correcta non enumeravi. versio Latina denuo textui Graeco accommodata est cf p. 9, 5 ≈ col 262, 15 'magnitudinis et quantitatis expers' nondum extat in ed 1615; p. 15, 13 ≈ col 266, 5 pro verbis 'teip-

sum autem temperantem' (Migneus) in editione 1615 legitur 'corpus autem tuum illi'.

Ita factum est, ut sermones De creatione hominis usque ad hoc tempus sub nomine Gregorii Nysseni legantur. in Basilii autem opera, unde saeculo XVII ineunte expulsi sunt, numquam rursus recepti essent, **Paris. 1679** nisi F. Combefisius O.P. in testem recensionis elaboratae, codicem Parisinum gr. 503 (F), incurrens novum fontem tanti aestimavisset, ut eo adiutus genuinam sermonum formam ex integro restituere posse sibi videretur. praeter codicem F Combefisius codice Parisino gr. 968 (O) et, nisi fallor, editione Erasmiana aut Morelliana usus est. (nam ex.gr. verba p. 11, 5 ≈ col 16, 42 PG vol XXX Mignei καὶ συνέσταλται et p. 11, 10 ≈ col 16, 50 op.cit. πῶς σῶσαι δύναται neque in F neque in O invenire potuit). ex his fontibus vir diligentissimus textum constituit quo nihil a memoria vetusta alienius excogitari potest. cuius contaminationis unum exemplum proferre satis sit: p. 12, 4-13, 2 ἡ σάρξ — λέγοντος ≈ p. 12a 6-13a 2 τὸ μὲν γὰρ — λέγοντος. inter textum 𝔄 et recensionem ℭ hoc maxime interest, primum quod 𝔄 argumenta breviter explicat, ℭ copiosis verbis vestit atque ornat, deinde quod 𝔄 adicit p. 12, 7-8 εὐάλωτος — προσβαλλομένη et 12-13 Ποιήσωμεν — ἄνθρωπον, ℭ secludit, postremo, id vero plurimum valet, quod 𝔄 ea quae sentit prius statuit quam probat (cf 8-9 ἐν τῇ τοῦ λογισμοῦ περιουσίᾳ et 12-13 τὸν ἔσω ἄνθρωπον), ℭ autem primum quo modo res se habeant enarrat, exinde sententiam colligit. Combefisius pro p. 12, 4-7 ἡ σάρξ — θηρίου ex F decerpsit p. 12a 6-9 τὸ μὲν γὰρ ἀνθρώπινον σῶμα πολλῶν ζῴων ἀλόγων καθέστηκεν ἀσθενέστερον καὶ οὐκ ἄν ποτε συγκριθείη πρὸς δύναμιν σὰρξ ἡμετέρα τῇ τοῦ καμήλου ἢ ἐλέφαντος ἢ τοῦ ἵππου ἢ τοῦ βοὸς ἢ ἑκάστου ὧν ἂν εἴποις μεγίστων θηρίων, ut argumentum plenius redderet. deinde verba p. 12, 7-8 εὐάλωτος ἡ σὰρξ ἡ ἀνθρωπίνη σαρκὶ θηρίου παρα-

βαλλομένη quae in F invenire non potuit ex altero fonte sumpsit indidemque adnexit p. 12, 8-10 ἀλλ' ἐν τίνι τὸ ἀρχικόν; ἐν τῇ τοῦ λογισμοῦ περιουσίᾳ· ὅσον τῇ δυνάμει λείπει τοῦ σώματος, τοσοῦτον περίεστι τῇ τοῦ λογισμοῦ κατασκευῇ. tum rursus ad F se referens, ne quid omitteretur, ea quoque verba quae post 12a 9 θηρίων reliquerat adiungere voluit. cum autem coniunctionem minus aptam esse intellegeret, verba p. 12a 9 ἡ ψυχὴ δὲ suo Marte commutans scripsit καὶ γὰρ ἡ ψυχὴ ἡμῶν καὶ ὁ ἐν αὐτῇ νοῦς ἅπαντα ταῦτα ῥᾳδίως ὑποτάττειν δεδύνηται (p. 12a 9-10). illud autem 'ἅπαντα ταῦτα' cuius ad 'bestias' relationem contaminando sustulit, non mutavit. quae sequuntur inter se non differunt nisi elocutione. Combefisio figura interrogationis, quae cum percontatione supra accepta congrueret, magis placuit. itaque contaminator codicem F deseruit et ex altero exemplari descripsit p. 12, 10-11 πόθεν τὰ μεγάλα βάρη μετατίθησιν ἄνθρωπος; ἐπινοίᾳ ἢ τόνοις σωματικοῖς; his verbis argumentum in 𝔄 finem habet, non item in ℭ ubi conclusio sequitur p. 12a 12-14 ὥστε τὸ ἀρχικὸν ἡμῖν καὶ κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν θεοῦ ἐν τῇ τοῦ λογισμοῦ κατασκευῇ θεωρητέον, οὐκ ἐν τῇ τοῦ σώματος μορφῇ. quae verba Combefisius ex F depromens non animadvertit se bis idem proferre, semel supra cum 𝔄 iterum hic cum ℭ. deinde rursus alterum fontem adiit, ne lemma p. 12, 12 Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν quaeque sequuntur usque ad p. 12, 13 τὸν ἔσω ἄνθρωπον λέγει Ποιήσωμεν ἄνθρωπον, quae F hoc loco non praebet, perderet. transitionis asperae eum non paenituit. in ceteris autem describendis, p. 12, 13-13, 2 ἀλλ' ἐρεῖς σὺ — λέγοντος, unum idemque exemplar secutus repetitionem effugit. textum hoc modo restitutum Combefisius non dubitavit Basilio Magno auctori adscribere, quem longinquo morbo ne opus suum in Hexaemeron perficeret prohibitum viribus recollectis ultimam partem, i.e. sermones nostros tres, composuisse arbitratus

est. hac ratione permotus cum anno 1679 omnia quae ad novam Basilii operum editionem collegerat Parisiis in lucem protulit, Basilio suo ex integro recensito sermones De creatione hominis et De paradiso nova versione Latina ornatos asseruit. (de hac editione vide D. Amand Rev. Bén. LIV 1942 p. 134; LIX 1949 p. 14 sqq; St. Rudberg op. infra p. CLV cit. p. 14).

Paris. 1721 Saeculo XVIII ineunte monachi congregationis St-Mauri, praecipue Dom Julianus Garnierus et Dom Prudentius Maranus arte critica imbuti opera Basilii omnia denuo recenserunt atque prelo submiserunt Parisiis, annis 1721, 1722, 1730. Garnierus scilicet sermones nostros a Basilio conscriptos esse negavit et cum stilum tum sententiam auctoris accusans gravissime in eos vindicavit (vide PG 29 col CLXXXI sqq Mignei); neque aliter sensit Maranus (vide ib col CLXIII. tamen viri eruditissimi quoniam lucubrationes Combefisii non contemnendas iudicabant sermones De creatione hominis et De paradiso ex libro Combefisiano in appendicem primi voluminis novae editionis receperunt.

Paris. 1839 Migneus Postero saeculo editionem Maurinam iteraverunt Ludovicus de Sinner (Parisiis anno 1839) et J. P. Migne (ib anno 1857). ille sermones nostros notis marginalibus ex libro Combefisii depromptis ornavit, hic praeter sermones ipsos varias lectiones codicis F non omnes quidem sed tamen plurimas typis exscribendas curavit (PG vol 30 col 2-79; 1147-1156). ita accidit ut sermones De creatione hominis in Patrologia Graeca Migneana bis legantur, et in volumine 44 sub nomine Gregorii Nysseni et in volumine 30 Basilio auctore dubio.


Paris. 1970 Dum textus editionis nostrae prelo iam subicitur praefatioque ad umbilicum fere adducitur. Alexis Smets et Michael van Esbroeck sermones tamquam opus genuinum S. Basilii recensitos ediderunt (Sources Chretiennes vol 160). quem librum me non iam in hoc opere conficiendo respicere potuisse doleo.

PRAEFATIO AD SERMONEM DE PARADISO

Sermonem De paradiso quamquam in codicibus optimis separatim conservatur neque prius quam docta editio 𝔑 facta est ceteris duobus sermonibus adiunctus apparuit, tamen in hoc volumen recipere non dubitavi, quod auctor in Scriptura explicanda pergens non solum quae in fine alterius De hominis creatura sermonis promissa videntur persolvit sed etiam argumenta ex eisdem fontibus hausit unde et ceteri duo sermones constituti sunt. nam simili modo recurrit ad libros S. Basilii, ad Ps. Basilii homiliam in Lacizis, ad sententias Theophili et S. Gregorii Nysseni passim, similiter quoque hic rhetores illic patres secutus suo ipsius ingenio minus confisus variis locis usitatis sermonem composuit. similis est elocutio similis denique perturbatio dispositionis (cf 80, 2-13 et 82, 14-25). quae omnia monent, ut auctori huius sermonis similem aetatem et eruditionem tribuamus atque auctori reliquorum. sed pro certo non habemus unum eundemque fuisse qui omnes tres sermones conscriberet. nam etsi id minoris momenti esse putamus, quod nulla fit in hoc sermone de prioribus commemoratio, tamen memoria vetustiorum codicum neglegenda non est, nisi forte sermo De paradiso e collectione librorum ad Hexaemeron pertinentium, qua sermones De creatione hominis continebantur, iam ab initio ignota quadam ratione fuerat seclusus.

Stemma codicum qui de sermone testimonium dant facile perspicitur. nam ex undeviginti libris qui supersunt, cum quinque apographa eliminavimus, octo ad communem recensionis 𝔑 fontem reduximus, bini tantum restant quibus memoria duarum classium redditur,

hic V et C illic Σ et E quibus adiungendus est fons ille recentiorum.



Librorum memoria in unum cogitur corruptelis quae omnes communicant: 76, 13-14; ib 14 (aut σὺν ante ἀλλήλαις aut συμπλεκόμεναι post excidisse puto); ib 16; 79, 1; 80, 18-19 (τῆς ἐπαγγελίας primum in τῶν ἐπηγγελμένων mutatum arbitror deinde a correctore in marg adscript postremo falsum in locum accept atque adaptatum esse); 84, 8 et fortasse 81, 5; 83, 2-4. accedunt ea quae singuli atque docti scribae e coniectura recte restituerunt 76, 16; 77, 14; 80, 9; 83, 22.

V C nonnulla depravaverunt sive itacismo adducti velut 75, 8.10; 78, 17.18-19; 80, 6; 81, 1 sive neglegentia quadam, ex.gr. 76, 3; 77, 3; 79, 2.9; 82, 7.12.24. aliquot verba seu membra omiserunt cf p. 79, 17; 82, 22; 83, 8; 84, 4-5, prave collocaverunt 76, 3; 78, 8; 84, 12-13. vestigia scripturae pristinae inveniuntur 79, 5 (litt A et Δ confus); 83, 22 (litt Γ et T confus); 79, 13-14 (error in V scriptura continua effectus); ibidem et passim litteram ν in fine verborum omisit C. peccatis huiusmodi exceptis V C memoriam religiosius servaverunt quam testes alterius classis ℜΣE, quorum exemplar commune non solum mendis sed etiam doctis coniecturis affectum erat. sunt loci quos suspicar a scriba integros non esse acceptos, cf 79, 11-12 ἐπὶ τῆς οἰκείας ἀκμῆς ἐκφανέντα VC: ἀπὸ τ.ο.ἀ. ἐκφυέντα ℜΣE; 81, 13 ἀπόλαυσιν om et add καὶ ante 14 ἧς ℜ (cf H)ΣE; 84, 6 ταύτην ἐν ᾗ VC: αὐτήν· ἐκεῖ ℜΣE. coniecturae autem manifestae apparent imprimis 75, 11-12 τὸ . . . φιλοτεχνηθὲν σύστημα VC (cf 84, 1): τὰ . . . φιλοτεχνηθέντα συστήματα ℜΣE (-νησθ.); 79, 15 παρεχόμενα VC: προσετέθη τοῖς ὁρωμένοις ℜ (-ετίθει, verb cum marg amiss N) ΣE (-ετέθεις); 80, 7 ὂν . . . ὁ VC: ὃ . . . τὸ ℜ (recte ML)ΣE; ib 14 ἐν τῷ παραδείσῳ VC: τοῦ παραδείσου ℜΣE; 82, 11 τῶν φυτῶν τὰ οὐράνια κάλλη VC: τῶν νοητῶν ἐκείνων φυτῶν τὰ κάλλη ℜ (cf MLK)ΣE; 83, 20 θείας VC: ἀληθινῆς ℜΣE. his lectionibus monitus noli mirari quod memoriam VC non semper quidem sed saepe praetuli.

Codices vetustissimi V C Σ Patm 28 et E in eo consentiunt, quod unusquisque opera Basilii etsi numero atque ordine diversa tamen similia continet praecipue homilias quae dicuntur morales seu diversas, quibus nonnumquam aliquot epistulae insertae sunt, et homilias in Psalmos. quorum Basilii operum memoriam Styg Rudberg diligentissime perscrutatus omnes quos invenire potuit codices secundum homiliarum ordinem in diversas classes distribuit (Études sur la tradition manuscrite de Saint Basile, Lund 1953). huius libri locos ad codices singulos citavi compendio Rud addito.

V Codex Laurentianus plutei IV, 8 membranaceus saeculi XI in foliis 434 binis columnis admodum nitide scriptus continet sermonem De paradiso foliis 403v-408v inclusum (cf 349 R, t. I p. 525-8; Rud p. 72 sqq). praecedit homilia De humilitate, sequitur epistula ad S. Gregorium Theologum (= ep. 2). inde a folio 414 extant acta martyrum ab Eusebio monacho Sebastensi conscripta. librum siglo V significavi. titulus sermonis 'τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία εἰς τὸν παράδεισον' totus minio illitus est sive ut magis conspicuus esset sive ut deleretur. nam ceteri huius libri tituli litteris tantum miniatis ornati esse videntur. scriba, ut facere solebat, titulum in fine sermonis repetivit. textum mendis orthographicis sae-

pius pessumdedit, sed pauca omisit vel addidit, perpauca variavit. correcturas nullas inveni nisi primae manus easque rarissime.

C Laurentiano cognatus est codex eiusdem aetatis similisque scripturae, Parisinus suppl. gr. 211 olim Patavinus monasterii S. Justini, membranaceus foliorum 284 (cf 58 R, t. III p. 26; Rud p. 69; D. Amand Rev. Bén. LVIII 1948 p. 227). huic codici siglum C adscripsi. sermo De paradiso numeri nota μδ distinctus inde a fol 271 usque ad fol 274v decurrit. praecedit epistula ad S. Gregorium Theologum, sequitur homilia De humilitate, deinde homilia De incarnatione, quae non Basilii est sed Procli Constantinopolitani. sermo noster inscribitur τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν παράδεισον. textus erroribus scatens varias lectiones paucas praebet velut 75, 12 λόγου: κάλλους C; 78, 19 τὴν χάριν: τὸ χάριεν sic C; 81, 17 γάρ: δή C.

Σ Vetustissimus alterius classis testis, qui Σ mihi audit, est codex Marcianus Venetus graecus 55, olim Card. Bessarionis, saeculi circiter X membranaceus foliorum 306 binis columnis pulcherrime exaratus (cf 844 R, p. 38-40; Rud p. 84 sqq. 118 sq). docet Rudberg hunc librum a ceteris suae classis eo differre, quod non solum praebeat homilias in Hexaemeron novem homiliis moralibus inculcatas sed etiam aliquot opuscula in calce voluminis addita, quorum alia nunc inter Basilii homilias morales aut inter epistulas legantur, alia, ut sunt spuria, adhuc inedita iaceant. in extrema illa codicis parte post homiliam spuriam In sanctum Pascha sermo De paradiso extat foliis 260-262v inclusus. quem sequitur Basilii epistula ad Canonicos (ep. 52). inscriptio sermonis nostri est τοῦ αυτοῦ εις τὸ εφύτευσεν ὁ θεὸς παράδεισον ἐν εδεμ (sic) verbis λόγος μθ inter columnas adiectis. scriba in rebus orthographicis sescenties peccans permulta verba corrupit sed vix unam lectionem propriam reddidit praeter 77, 8 τοῦ θεοῦ: αὐτοῦ Σ; 83, 16 ἐκείνου: ἐκείνων Σ; 84, 14 ὁ ποτίζων: ποτίζειν Σ sec Script. corrector recentioris aetatis menda orthographica interdum sustulit, pleraque intacta reliquit.

Patm. 28 Simili supplemento quo codex Σ auctus est codex Patmensis monasterii S. Ioannis 28 membranaceus, quem in Patmo insula meum in usum benigne contulit Hilda Polack, iterum inspexit Gunterus Heil. De hoc codice cf 691 R, p. 14; Rud p. 91. e vetusta scripturae forma H. Polack librum non saeculi XII ut putatur sed prioris aetatis esse censuit. exstat sermo De paradiso sub numeri nota N (sic) foliis 285v-288v inscriptus. praecedit eum S. Basilii epistula 45, sequitur homilia spuria In sanctum Pascha. haud scio an auctor codicis omnia quae adiunxit opuscula e codice Veneto Σ sumpserit. sermonem autem De paradiso ex illo fonte fluxisse pro certo habeo. quamquam enim scriba, ut erat admodum doctus, titulum nomine auctoris ornatum inscripsit: τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν βασιλείου αρχιεπισκόπου καισσαρειας καππαδοκίας ὁμιλία· εἰς τὸ ἐφύτευσεν ὁ θεὸς παράδεισον ἐν ἔδεμ (sic) et textum a mendis orthographicis saepe purgavit, tamen in ceteris ab exemplari Σ non discrepat nisi his locis: 76, 13 τῶν recte Patm 28: τῶ Σ; 84, 4 τὴν ἡδίστην Σ: τῆς ἡδείστης τὴν sic Patm 28; omisit Patm 28 p. 78, 1 ἀγαθῶν; ib 7 ἂν; 82, 14 οὖν; perorationem amputavit cum 84, 15-16 scriberet ὅτι αὐτῷ πρέπει ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν. quae cum ita sint nihil obstat quin Patmensem eliminemus.

E Ex fonte autem codicis Veneti liber multo recentior codex Parisinus graecus 860 olim, ni fallor, Card. Ridolfi chartaceus saeculi XIV textum De paradiso traxit. liber quem E appellavi foliis 207 continet Anastasii Sinaitae Quaestiones et S. Basilii homilias atque epistulas quattuordecim, quarum aliae aliunde in unum collectae atque huic volumini incorporatae esse videntur. neque

enim opera in codice ita disposita sunt, ut ordo eorum cum numerorum notis quibus nonnullae homiliae designatae sunt, congruat neque Rudberg classem invenire potuit cui hunc librum adscriberet (cf p. 113 et 58 R, t. I p. 161 sq). sermo De paradiso in foliis 161v-170 tamquam λόγος K legitur titulo τοῦ αυτοῦ εις τὸ ἐφύτευσεν ὁ θεὸς παράδεισον κύριε ευλογησον (sic) ornatus. praecedit S. Basilii tractatus De libris gentilium legendis, sequitur epistula ad Petrum episcopum Alexandriae (= ep. 266). textus nostri sermonis tam neglegenter exaratus est, ut vix credas scribam linguae Graecae peritum fuisse. is enim omne fere verbum et itacismo et falsis accentibus et litterarum commutatione seu omissione detorsit. quaecumque ipse corrigere voluit, etiam mendosiora reddidit perpaucis exceptis; manus docta textum corruptum numquam tetigit. cum legeris ex.gr. 76, 15-16 παραιαὐτοῦς ἐξέσιραι τοῖς pro παρ' ἑαυτοῖς ἐξαιρέτοις; 79, 8 σοὶ κρίνω pro συγκρίνω; 82, 15 ἐπεισῆς pro ἐπεισήγαγεν εἰς; ib 22 ἐν τοῖς ἐν pro τῆς ἐν ne plura enumerem, certe laudabis quod nulla huiusmodi in apparatum criticum admisi praeter illa quae aut eadem leguntur vel in Σ vel in testibus familiae ℜ aut variam lectionem indicant aut in pluribus codicibus vexata sunt. lectiones propriae studio potius cuiusdam doctioris quam errore huius scribae ortae sunt cf 80, 15; 81, 10; 82, 9; 83, 5 (cum JΛF). scribam codicis E non ad Σ vel eius apographon sed ad ipsum codicis Veneti fontem recurrisse et ex locis iam supra p. CLVI sq commemoratis apparet et ex 77, 13: post φαντάσθητι add πῶς διακείμεθα E scil fons ΣE, add διάκείμεθα (sic) Σ (nunc eras); 79, 21 ἐπικυμαίνων: ἐπικοιμενόμενον E κοιμαινόμενον Σ; de 80, 19 vid app crit. quem fontem litteris minusculis scriptum fuisse 79, 21 (φοβερὸν: φομερὸν E) et 81, 13 (κοιλίας scr E quia sequitur π(αραδ.)) indicatur.

Exemplar illud codicum ΣE proprium vestigia veterum errorum conservaverat. litterarum maiuscularum confusione effectum videtur 81, 14-15 ἀπολλυμένην: ἀπολαυμένην E (sed corr ipse; unde?) ἀπολαυομένην Σ, fortasse etiam 78, 13 ἀτέλεστον: ἄπλετον ΣE. e scriptura continua 83, 2-4 (vid app crit) verba παρ' αὐτοῦ φυτευθέντες primum in παρὰ τοῦ φυτευθέντες corrupta sunt, deinde in παρὰ τοῦ φυτευθέντος quae nunc in Σ et E leguntur stupide correcta. praeter menda huiusmodi aliquot loci inepte mutati extant velut 79, 8-9; 80, 5.16-17; 81, 2.3.21; 82, 23.

ℜ Auctor recensionis ℜ, quem sermones De creatione hominis tractavisse iam supra p. LVI sqq et CVI sqq cognovimus, cuius testes nunc habemus codices H J (ΛF) N O G M L K et quattuor apographa textum sermonis De paradiso ex eodem fonte unde exemplar Σ E derivatum est accepit prudenterque recensuit indice capitum praefixo. nonnulla apud eum solum legimus sive recte servata sive bene restituta ex.gr. 77, 3; 78, 17; 79, 13-14; 80, 18 quae omnia in textum admittere non dubitavi. alias lectiones velut 75, 9 add τοῦ ante θεοῦ pr ℜ; 77, 3 οἷόν τι: τῷ ὄντι ℜ; ib 12 οἱ: εἰ ℜ (cf MLK) quamvis adrideant reicere mihi visum est. a coniecturis manifestis, 77, 12 ταύτης om et 84, 11-12 ἐκείνην τὴν πόλιν om, me abstinui. corruptela illa quae nobis de aetate recensionis ℜ iudicantibus magni est momenti (vide supra p. LXII) ita se habet 76, 14 <σὺν> ἀλλήλαις conieci aut similia atque ΛF: ἀλλήλαις VCΣE et JΛF ἄλλη ἄλις NGK (ut vid, ἄλλη eras) . . . . . ἄλις M (spatio quinque litt relicto) ἄλις L ἄλις sic Par 777A ἄλλη ἄλλης O οὐκ ἄλλη ἄλλης H. in fonte igitur codicum recentiorum communi verbum ΑΛΛΗΛΑΙC in ΑΛΛΗΑΛΙC seu αλληαλις corruptum erat. quod si recte interpretamur, sequitur ut auctor recensionis quippe quem mendum huiusmodi effugisse non sit verisimile aut ipse in scribendo peccaverit cum textum de exemplari unciali describe-

ret aut exemplar litteris uncialibus exaratum aliis qui mox essent peccaturi reliquerit. ad pristinum scripturae genus fortasse lectio quoque 81, 20 revocanda est ποιοῦντα (recte JΛF): ποιεῖν τε NGOK τε ποιεῖν ML ποιεῖν H. ex errore 79, 4 πεποιημένα: πεποίημαι HJN πεποίηνται GOMLK nil de aetate concludi potest.

Index capitum in codicibus HNGOLK hoc modo conservatus est

Κεφάλαια τοῦ τρίτου λόγου

α′ Ὅτι εἰ ἐκ τῶν κοινῶν ξύλων ἦν ὁ παράδεισος, οὐκ ἂν ἐδεῖτο ἐξαιρέτου φυτείας τοῦ θεοῦ τὰ ἐν αὐτῷ δένδρα.

β′ Περὶ τάξεως καὶ εὐκρασίας ὡρῶν καὶ τοποθεσίας τοῦ παραδείσου.

γ′ Ὅτι πρῶτον ἐδημιούργησε τὸν τόπον τῆς ὑποδοχῆς τῶν φυτευμάτων καὶ τότε ἐφύτευσεν ἐν αὐτῷ τὰ κάλλη τῶν δένδρων.

δ′ Ὅτι τῶν ἐνταῦθα ἀνθῶν ὀλιγοχρόνιος ἡ χάρις, τῶν δὲ ἐκεῖ ἀτέλεστος καὶ ἀδάμαστος.

ε′ Περὶ διαφορᾶς ὀνομάτων κάλλους τε καὶ μεγέθους τῶν ἐν τῷ παραδείσῳ φυτῶν.

ϛ′ Ἀπὸ συγκρίσεως τῶν ὧδε περὶ τῆς ἡδονῆς τῶν ἐκεῖ ἀγαθῶν.

HNGOLK

ubi N corruptus est sine nota substitui cod Par gr 950
1 titulus deest in L   ante κεφ. add τὰ O   2 sqq numerorum notas om OK in imaginibus codicis L discernere non potui   2 εἰ incert L   5 εὐκρασίας G in marg, εὐταξίας GO   τοῦ om O   12 ἀνθέων L   13 ἐκεῖ δὲ coll G in marg   καὶ om H

ζ′ Ὅτι καὶ ὀρνίθων παντοῖα εἴδη καὶ ζῴων ποικίλων θεάματα ὑπῆρχον ἅμα τῷ ἀδὰμ ἐν τῷ παραδείσῳ.

η′ Ὅτι τρυφὴν οὐ τὴν διὰ στόματος τῇ κοιλίᾳ παραδιδομένην ὀνομάζει ἀλλὰ τρυφὴν ἀξίαν θεοῦ καὶ ἁγίοις ἁρμόζουσαν.

θ′ Περὶ τρυφῆς καὶ φυτείας πρεπούσης τῇ γεωργίᾳ τοῦ θεοῦ.

ι′ Περὶ τοῦ ἀπείρου κάλλους τῶν πεφυτευμένων παρὰ τοῦ κυρίου φυτῶν.

ια′ Περὶ φυτείας τῆς τοῦ θεοῦ χειρός.

ιβ′ Ὅτι ἐν ᾧ εἰσιν αἱ ἀγαθαὶ δυνάμεις ἡδρασμέναι καὶ τὰ τούτων ἑξῆς, ἐκεῖ ἔθετο ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον.

HNGOLK

ubi N corruptus est sine nota substitui cod Par gr 950
4 παραδἕδομένην sic G παραδεδομένην O   5 ἁγίοις: ἀγγέλοις H   ἁρμ.: πρέπουσαν G in marg   7 τοῦ om HLK   θεοῦ τ.γ. πρεπ. coll H   9 φυτευμένων sic H   τοῦ om LK   15 post ἄνθρωπον add ὃν ἔπλασεν O

quem indicem ad textum recensionis 𝔑 compositum esse ex his locis cognoscitur: (α′) ad τοῦ θεοῦ cf 75, 9 𝔑; (η′) ad διὰ στόματος cf 81, 13 𝔑ΣΕ, ἀπόλαυσιν om!; (ιβ′) ad αἱ ἀγαθαὶ δυνάμεις cf 83, 23 𝔑ΣΕ.

Ratio mutua inter codices recensionis 𝔑 in hoc sermone similiter intercedit atque in sermonibus de creatione hominis neque desunt doctae coniecturae similes quibus codicum fontes distinguuntur. ad totius recensionis exemplar tres stirpes reducendae sunt, codex H, fons codicum JΛF, exemplar proprium reliquorum.

H Codex H nonnulla depravavit ut 77, 13 τὸ τούτων in τοσούτων; 79, 17 ἄλλων alt in ἄλλα; ib 19 ὁμοηθῶν

(sic cett ex 𝔑) in ὁ βοηθῶν; 20 τότε in πότε; 82, 8 ἐξήστραπτεν in ἐξήστραπται, omisit 78, 13-14 τὴν ὄψιν—ἀπόλαυσιν τὴν; 80, 5 δὲ; 83, 8 ἐστε (om et L), sed plura consulto mutavit, cf 76, 3 add τὸ ante ὕψος (add et O); 78, 8 ἡ γῆ post τριβόλους coll; ib 19 add τῷ ante χρόνῳ (add et M); 81, 13 pro καὶ (quod add cett ex 𝔑) add δι'; ib 20 νοήσωμεν: ὀνομάσομεν; ib ποιεῖν (vid supr); 83, 2 παρὰ: ὑπὸ; ib 7 ἀληθινὴν πᾶσαν coll; ib 12 δίκαιος—ἀνθήσει (scil Ps 91, 13): πάντα ὅσα ἄν ποιῇ κατευοδωθήσεται (ult pars Ps 1, 3); recte H 76, 16 solus, 78, 8 cum V, recte non addidit 81, 9 οὖν (cett ex 𝔑) sua sponte, quod ante ἐφύτευσεν scholium ut solebat immiserat. vestigia recti fortasse conservavit cum scriberet 76, 13 καταρυσμένου H (-ρυομένων JO -ρρυομένων NGMLK); ib 14 οὐκ H ubi σὺν conieci; lectionem veterem accepisse videtur 82, 9 εὐφραίνουσι H cf E qua lectione inductus pro ἐκεῖ scripsit ἐπεὶ H ut sententias connecteret.

JΛF Codices JΛF artiore vinculo inter se coniunctos esse his locis apparet: 76, 7 ἀμετρίαι: ἀμετρία JΛF; ib 14 ἀλλήλαις recte JΛF vid supr; 77, 13 χαριέστερον: χαριέστατον JΛF; 81, 20 ποιοῦντα recte JΛF vid supr; 82, 2 δώσει recte JΛF et GO et E: δώῃ cett; 83, 5 post θεοῦ add ἡμῶν JΛF et E. cum barbarus codicis J scriba veras lectiones ex sese reperire non potuerit, non fallimur si correcturas in exemplar codicum JΛF illatas esse sus-
ΛF picamur. de recensione elaborata ΛF, quam integram edendam curavi, nihil hic fusius tractare opus est (vid supr p. CXXI sqq). sed liceat asseverare me plus semel invitam coniecturas eius egregias a textu genuino prohibuisse, inter quos imprimis laudandum est illud participium p. 76a16 aptissime insertum.

Reliquorum cognatio ab ea quam supra p. CVII sqq exposui differt primum quod N tam arta propinquitate ceteros non contingit hic quam supra, deinde quod O qui antea memoriam generis mixti secutus est (cf supra


NGO-MLK p. C sg.) nunc ad GMLK se refert. fons codicum NGOMLK proprius his coniecturis cognoscitur 76, 8 ἧρος recte NGOMLK ἥρως HJ; 78, 3 τῆς εὐπαιδίας HJ: τῇ εὐπαιδίᾳ NGOMLK; 80, 15 παραδόσει HJ: παραθέσει NGOMLK; 82, 24 post ἐκπτώσεως add αὐτοῦ N(ut vid)GOMLK, fort addendum est 76, 13 vid supr ad H. codices autem
GOMLK GOMLK exemplar suum testificantur his locis 79, 4 πεποίηνται vid supr; 81, 8 post δὲ add καὶ GOMLK; 83, 15 τοιούτων: τοσούτων GOMLK. e proprio fonte
GO derivandi videntur G et O cf titulum (p. CXVIII G = O) et 82, 6 post παράδεισον add ἐν ἐδὲμ κατὰ ἀνατολάς GO et cf indicem capitum (β'). sed O alia recte coniecit ut
MLK 77, 8-9 et 79, 9, alia cum aliis tradidit. codices MLK preater verba 76, 4-6 πεφωτισμένον—περιγαμπόμενον omissa has lectiones communicant 76, 7 χάλαζα HNGO χάλεια J χάλαζαι MLK; ib 14 vid supr; ib 16 ἑαυταῖς H: ἑαυτῆς O ἑαυτοῖς JNG ἑαυτῶν MLK; 77, 12 οἱ recte ML(ex corr)K: εἰ HJNGO; ib 14 add οὐ ante μετὰ ML K(sscr); 78, 7 ἂν om MLK; 80, 13 τοῦ σώματος MLK (ex τῷ σύματι corr); 81, 7 add καὶ ante τοῦ νοητοῦ MLK; ib 14 παρέδωκε MLK; 82, 11 vid supr τῶν νοητῶν ἐκείνων τὰ κάλλη φυτῶν coll MLK propter clausulam; ib 12 ποτίζων MLK cf VC. addenda sunt 75, 10 διάφορον HJNG διάφορα MLK et O; 76, 15 ἀλλ' ὁμοῦ καὶ HJN ἀλλ' ὁμοῦ G καὶ ὁμοῦ MLK (καὶ in ras scr) et O; 82, 1-2 ἁρμόττουσα JNGO ἁρμόζουσα MLK et H; ib 2 δώσει JGO:
ML δώῃ MLK et HN. codices denique ML doctum suum auctorem persaepe ostendunt: cf 75, 11 post τὰ (sic 𝔑) add νῦν ML; 77, 2 μέλι καὶ γάλα coll ML; ib 14 soli recte; 78, 10 ἀνθέων ML; 79, 1 vid app; ib 4 ἄλλοις: ἄλλην ML; ib 13 παντοδαπὰ ML; 80, 7 recte ML vid supr; ib 9 recte ML et ΛF soli; ib 10 recte ML et H; 81, 11 παραδίδοται ML; ib 14 ὁ om ML; ib 20 vid supr; 82, 16 τὸν ἄνθρωπον om ML; ib 17 ὅτι om ML; 83, 10 τῷ pr om ML. neque L ex M neque M ex L descriptus

est, vid supr p. CXII et cf M qui scripsit 75, 11 τῶν φυτῶν; 76, 16 ἔαρος; 78, 19 τῶ χρόνω; 79, 9 ἐνάργειαν, ubi L cum ceteris consentit. K textum quem e totius familiae GOMLK memoria accepisse videtur secundum proprias stirpis MLK lectiones ut solebat correxit. cui fideliter adhaesit apographon, Parisinus 777A.

Stemma igitur codicum recensionis ℜ hoc modo delineari potest (apographa et editiones impressas principes adiungo). (p. CLXV).

Cant. Trin. O.10.33 Restat ut apographa absolvam. codex Cantabrigensis Trinitatis collegii O.10.33 saeculi XVII chartaceus, qui sermonem De paradiso foliis 81-83 inclusum continet, ex codice Λ descriptus est. non est quod de hoc libro verba faciam. de ceteris autem codicibus, qui nobis ad editiones impressas spectantibus non parvi momenti sunt, liceat plura adiungere.

Paris. 950 Codex Parisinus graecus 950 chartaceus saeculi XIV foliis 576 permulta excerpta ex SS. Patrum aliorumque operibus varia continet (cf 58 R, t. I p. 182 sq). sermo De paradiso inter fragmentum concilii Nicaeni et excerptum e S. Basilii homilia in Hexaemeron secunda (inc ἐπιζήτει δὲ ὁ λόγος p. 162, 8 Giet) extat in paginis 23-38. scriba, ne dicam scribae, huius codicis, quamquam hoc modo titulum amplificavit βασιλείου τοῦ μεγάλου ἔκφρασις εἰς τὸν παράδεισον et capitulorum enumerationem perturbavit, tamen ex codice N sermonem De paradiso descripsisse persuasum habeo, quoniam in omnibus fere ceteris non solum ad litteram verum etiam ad punctum cum N congruit: ubi scriba codicis N iota litteram ut solebat iuxta verbum sub lineam adpinxit, scriba codicis Par 950 imprimis in p. 25-30 exarandis illam litteram recte non distinguens tamquam virgulam interpunctionis causa appositam reddebat. praeterea p. 77, 3 πᾶσα ὕδασι scripsit N sed πᾶσα expunxit: πᾶσα ut videtur scripsit etiam Par 950, sed



erasit rasuraeque inscripsit ὕδασι. 77, 4 pro πολὺ scripsit N πολλ^η~ (sic) sed ipse ut videtur emendavit cum ὑ' (sic) adscriberet. quod verbum Par 950 tamquam πολλὴν accepit (corr man rec). in N capitula neque in textu neque in margine numeris indicata sunt, sed librarius in textu scribendo spatium relinquebat ut initia capitum significaret, non solum eorum quae ex indice nobis nota sunt sed plurium: scriba Par 950 qui capitula in margine numerorum notis, in textu punctis vel litteris maiusculis rubricatis distinxit, quamquam saepius erravit, tamen satis bene exemplar suum N subsecutus est. in textu ipso Par 950 praeter menda itacismo plerumque orta haec sola ab N differentia praebet: p. 76, 3 add τὸ ante ὕψος Par 950 et HOΛF; p. 78, 17 λεπτὴν: λεπτὸν Par 950 solus; ib 19 χρόνῳ: χρόνον Par 950 (in ras plur litt script) et ΣE, quae meo arbitratu non multum valent. manus recentior textum perpaucis locis correxit.

Paris. suppl. 341 Parisinus graecus suppl. 341 chartaceus foliis 321 constat, quorum priora quattuor aliquot κεφάλαια complectuntur, ultima nonaginta septem duos libros typis excussos, alterum anni 1558 alterum anni 1553, continent. quae autem pars codicis manuscripta intercedit inde a folio 5 usque ad folium 223, eam annis 1533-1535 Patavii Venetiis Parisiis exaratam esse Henricus Omont docet (58 R, t. III p. 41 sq). vellem id quoque rettulisset, ex quibus indiciis tempus et loca colligeret, praeterea utrum textus manuscriptus una manu an pluribus confectus esset. sermo De paradiso titulo τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ (sic) παράδεισον inscriptus a folio 5 usque ad folium 9 decurrit. sequuntur (fol 9v) aliquot versus in S. Basilii laudem compositi et epigramma in S. Gregorium Nyssenum, cuius liber De hominis opificio inde a folio 10 extat, postea varia variorum. hunc quoque codicem, quatenus sermonem De paradiso continet, apographon

codicis N esse putarem, si praeter textum simillimum in eo indicia certa repperissem. nam Par suppl 341 praeter id, quod indicem capitum non habet neque titulum ad litteram cum N congruentem, rarissime ab N discrepat, scil p. 77, 10 δι' ἑαυτῶν N: δι' αὐτῶν Par suppl 341; ib 13 τὸ ante τούτων om Par suppl 341; p. 80, 3 κακεῖ N: καὶ ἐκεῖ Par suppl 341; p. 83, 5 add τοῦ ante κυρίου (pr) Par suppl 341; p. 84, 13 διαρρέει Par 950 (N deficit): διαῤῥὲν Par suppl 341. quae omnia Par suppl 341 solus praebet. in iis quae itacismo perductus depravavit, hic illic cum aliis codicibus, numquam autem cum Parisino 950 conspirat. nonnulla menda eiusmodi manus prima punctis subscriptis rectisque litteris suprascriptis expurgavit. quod recte reddidit 77, 3 πᾶσα ὕδασι et ib 4 πολύ, praeterea quod interpunctionem saepe mutavit seu emendavit, scribae admodum docto tribuas, sed duo menda inveniuntur, quae nisi e lapsu scribae certe non ex N exemplari oriri potuerunt: 78, 22 πολύκλαδα in N plane et distincte scriptum: πολύχλαδα Par suppl 341 (expunx χ et sscr κ); 81, 17 εἰπεῖν facile discernitur in N: ἐπῆν εἰπεῖν Par suppl 341 (ἐπῆν expunx). quae cum ita sint, scribam foliorum 5-9 codicis Par suppl 341 aut ex N ipso aut ex gemello codicis N textum deprompsisse iudicandum est.

ed. Venet. 1535 Codex Parisinus suppl. 341 vel potius ea folia quae nunc tamquam fol 5-9 huic libro insunt Venetiis anno 1535 ad textum sermonis De paradiso typis exscribendum in officina Stephani de Sabio adhibita esse videntur. nam praeter interpunctionem paululum variatam in editione principe haec tantum reperiuntur quae a codice Parisino discrepant: in titulo τὸν recte ed 1535: τὸ Par; p. 77, 4 διαφανῆ recte Par: διαφανεῖ ed 1535; p. 79, 3 κλάδοις recte Par: κλάδοι ed 1535; ib 20 προσηνὴς recte Par: προσυνὴς ed 1535; p. 80, 2 ὂν recte Par: ἰὸν sic ed 1535; ib 7 ὂν recte ed 1535: ὃ Par, sed uterque ib ὁ: τὸ;

p. 82, 22 τὸ recte Par: τῷ ed 1535. et cum talia quidem non minus editionem e codice quam codicem ex editione pendere probent, momentum afferunt duae notae in codicis fol 6 lin 20 inter verba τῆς et φυτείας (78, 20) atque in fol 8 lin 7 inter verba φυτῶν et τὰ (κάλλη 82, 11) a manu quadam insertae. ecce his verbis folia editionis Venetae 157r, 157v, 158r desinunt seu incipiunt. quas notas nisi typothetam Venetum exemplari suo inseruisse credi licet, nescio quomodo explanentur.

Editionem Venetam Cardinalis Reginaldus Polus eiusque adiutores imprimis ea de causa curaverunt, ut S. Basilii opera ascetica in lucem proferrent (cf J. Gribomont O.S.B., Histoire de texte des Ascetiques de S. Basile, Lovanii 1953 p. 326 sqq et D. Amand Rev. Bén. LII 1940 p. 149-156). in praefatione legimus: 'In hoc volumine tria opera continentur inter se quidem diversa eiusdem tamen Authoris, videlicet primum τῶν ἀσκητικῶν secundum de virginitate Tertium contra Eunomium. primo operi annexus est tractatus Ethicorum collectus potissimum ex Euangelio et Apostolo' (re vera tractatus ille ceteris operibus asceticis non annexus sed insertus est) 'secundo de virginitate adiungitur sermo de Paradiso. Tertio additur etiam aliquid in fine contra Sabellianos quae omnia ab hoc Pontifice fuisse composita nemo dubitat . . .'. praeter haec verba nulla fit de nostro sermone mentio. J. Gribomont demonstravit Cardinalem doctissimum codicibus Venetis bibliothecae Marcianae 62, 63, 64 olim Card. Bessarionis et codice nunc Parisino 503 olim St Justini Paduensis ad librum edendum usum esse, de fonte librorum Contra Eunomium adhuc nihil se scire professus est, de nostro sermone tacuit. nos quamquam supra probavimus textum sermonis De paradiso ex codice Parisino suppl. 341 editum esse, hoc tamen eruere non potuimus, quam ob rem editores sermonem in librum suum accepissent.

in exemplaribus quattuor, de quibus Gribomont disseruit, sermo non extat neque in codicibus quos scimus cum libris Contra Eunomium coniunctus invenitur. si tam bene auctoribus editionis Venetae notus erat absque iis tanti aestimabatur, ut ab initio inter Basilii opera edendus videretur, cur Cardinalis prudentissimus eum non ut reliqua opera ex vetustissimis exemplaribus exscribendum curavit, quorum duo certe ne dicam plura adire potuit, (codices Σ et C), praeterea cur non ut cetera opera ita et hunc sermonem in praefatione pluribus verbis laudari voluit? quae cum in dubio sint, malim opinari editores inter ipsum edendi laborem casu magis quam studio in sermonem De paradiso incurrisse. an fieri potuit, ut alter Basilii operum editor, Erasmus Roterodamus, qui hunc sermonem ex codicibus homilias sive in Hexaemeron sive morales continentibus cognoscere potuit, Cardinalem certiorem fecerit se hoc opusculum adhuc ineditum reliquisse, amicoque suo apographon codicis N i.e. folia 5-9 codicis Par suppl 341 in usum tradiderit? utcumque res se habet, constat sermoni De paradiso in editione principe locum suum assignatum esse non ex auctoritate memoriae pristinae sed ex arbitrio atque voluntate editorum.

edd. Cornarii Ex editione Veneta textus huius sermonis cum ceteris operibus in editiones Jani Cornarii cum Latinas tum Graecas devenit (vid supra p. CXLII sqq). Cornarius menda editionis 1535 omnia fere sustulit, praeterea non multos locos emendare studuit, cf p. 75, 10 διάφορα ed 1551; p. 76, 14 ἄλλη ἅλις ed 1535: ἅλις ed 1551; ib 16 δορυφοροῦσι ed 1551; p. 77, 14 κεκρυμμένον ed 1535; κεκρυμμένην ed 1551; p. 78, 15 παραλιποῦσιν ed 1535: παραλύουσιν ed 1551; p. 79, 4 vide infra; ib πεποίημαι ed 1535: παρέχουσιν ed 1551; p. 82, 15 δεσποτείας ed 1551. versio Latina quam Cornarius iam anno 1540 edidit a textu Graeco raro discrepat, cf p. 79, 4 ἄλλοις ὁμοῦ καὶ

ἄλλην ed 1535 'aliis aliam' Corn 1540 'aliam atque aliam' Tilm 1547 ἄλλην ὁμοῦ καὶ ἄλλην Corn 1551; ib 9 ἐνέργειαν ed 1535 et Corn 1551 'evidentiam'! Corn 1540; p. 82, 17 καὶ om ed 1535 et Corn 1551, non om Corn 1540.

